Est. 28
N.º 110

ALLEGATIO
APOLOGETICA
MEDICO-PHYSICA,

QVA PROBABILISSIMAM SENTENTIAM
DE OCCVLTIS QVALITATIBVS,
& operationibus aliquorum entium
NITITVR DEFENDERE SVB VMBRA NOMINIS

DOMINI D. ANDREÆ
DE YBARBVRV ET GALDONA,
IN SACRA THEOLOGIA DOCTORIS:
In Alma Hiſpalenſi Metropolitana, & Patriarchali Eccleſia Hymnaſiarchæ Dignitatis apice condecorati, necnon Canonici digniſsimi;
cui prædictam Allegationem
Dicat, & Offert

D. CHRISTOPHORVS RVIZ
DE PEDROSSA, ET LVQVE
In Oppido fideliſsimo de la Rambla *Cordubenſis Diœceſis Natus: & in Regia Vniverſitate ſua Hiſpalenſi liberalium Artium, & Philoſophiæ Magiſter; in Medicinæ Facultate Doctor; Medicus approbatus, & in ſua prædicta Hiſpalenſi Vniverſitate, olím Veſpertinæ, nunc veró Primariæ Cathedræ Proprietarius Moderator.*

Contra quendam tractatum *de Entitatibus manifeſtis,* libenter ſcriptũ à D. MICHAELE MELERO XIMENEZ in eadem Vniverſitate, & Facultate Baccalaureo, Medico approbato, & S. Inquiſitionis Familiari.

HISPALI APVD IOANN. FRANCISC. DE BLAS,
EIVSD. CIVITAT. TYPOGRAPH. MAI.
ANN. Dñi. 1698.

Pertinet ad Conuentum Hispalensem
Regiae et Populo Discalzeatorum S.
P. N. Augni. anno 1717

Fr. Joseph ...
Fr. ... Augni. ...

APPROBATIO, & CENSURA Reverendissimi Patris Magistri Fr. Ioannis à Santo Bernardo Sacræ Theologiæ Lectoris jubilati; Sanctæ Inquisitionis Tribunalis Qualificatoris vigilantissimi: in Archiepiscopatu Hispalensi diutissimè Synodalis Examinatoris: olim Lusitanicæ Provinciæ Visitatoris; Bethicæ deinde, & Regni Granatensis Ex-Provincialis Dignissimi: & totius Seraphici Nostri P. Francisci Ordinis Exdiffinitoris Generalis.

EX cōmissione D. Doctoris. D. Josephi Bayas Provisoris, & Vicarij Generalis Archiepiscopatus Hispalensis, vidi Allegationem Apologeticam Medico Physicam, editam à Doctore D. Christophoro Ruiz de Pedrosa, & Luque, Artium, & Phylosophiæ Magistro, Medico approbato, Doctore in facultate Medicinæ: olim in Universitate Hispalensi Cathedræ Uespertinæ, nunc vero Primariæ Moderatore, contra quendam tractatum de entitatibus manifestis, scriptum à D. Michaele Melero Medico Approbato, & Sanctæ Inquisitionis Familiari. Consideravi sedulò præfatam Allegationem, & quo plus considerabam plus delectabar, videns Authoris singulare acumen, pondus rationum, vimque Authoritatum. Multa de hoc Viro ab Eruditis audieram; sed plura in hoc brevi opere expertus sum, digna quidem homine sub Cordubensi climate orto, sub illo, in quam, fælicissimo sublimium ingeniorum Cælo; Et cum

¶¶ in

in hoc tractatu, vt formaliter Impugnationi respondeat, probare dumtaxat intendat opinionem, quam publicè dictavit, probabilem esse, plus assequutus est, ostendens probabilissimam, nec nimis auderet, si probabiliorem affirmaret, proinde que eius Propugnatores nec ignaros, nec Cæcos dici debere, nec posse. Uix vsus est, nec vix quidem licentia Apologetica, nec vicem rependere studuit, quod pro modestia debuit, vt quisque debet.

Et vt pressiùs loquar de subiecta materia, dico: quod quicumque asserit opinionem aliquam improbabilem esse, magnum onus assumit multis viribus impar; quia si loquatur de probabilitate intrinseca, debet ostendere rationes illas, quibus suam sententiam firmat, & Impugnat oppositam, esse demonstrativas, ideoque tales, vt nequeat dari illis responsio probabilis. Rursus debet ostendere rationes sententiæ oppositæ nec quidem probabiles esse: & id solum ostendet, si vnicuique illarum dederit solutionem, quæ evidenter sit vera. Si autem loquatur de probabilitate extrinseca, qui asserit sententiam aliquam esse extrinsecè improbabilem debet ostendere non habere sufficientes Authores, dignos que vt sententiæ, seu opinioni conferant probabilitatem. Et hæc cuicumque Censori consideranda omnino sunt. Rursusque est advertendum aliud esse, quod sententia, quam

pro-

propugnat probabilis sit, aliud omnino, quod censura improbabilitatis, quam in oppositam impingit probabilis sit. Pro quo attentè legendus est doctissimus subtilissimusque Caramuel, in Theol. Moral. fundam tom. 1. num. 432 *Pronuntio secundò non debere propositionem simplicem cum modali confundi; aliud est enim dicere* : Materia prima existit existentià formæ, *Et aliud toto Cælo diversum* : Probabile est Materiam primam existere existentià formæ : *Prior enim est probabilis; posterior evidens. Et hanc ob rem, qui priorem tenet, libère potest tenère oppositam; non autem qui secundam tenet, potest liberè tenère oppositam, videlicet.* Non est probabile materiam primam existere existentià formæ: *Hæc enim est evidenter falsa.* Hucvsque Illustrissimus Ingeniosissimusque vir, & meo iudicio evidenter. Iuxta quæ, vel cæcus sum, & Dialecticam ignoro, vel formari debet similis discursus. Opinio occultarum qualitatum habet pro se gravissimos Authores, sectatores doctrinà eximios, tum antiquos, tum recentiores (quis hoc neget?) habet rationes graves, talesque, quibus non dabitur responsio, quæ evidens sit: opugnationes, quas facit opinio contraria, argumentaque eius, licet gravia quoque sint, non tamen talia, quibus dari non possit responsio probabilis, & probabilissima: ergó afferere opinionem de qualitatibus occultis esse probabilem, est evidenter verum, & hoc est

quod intendit Author in Allegatione.

Legi non ſemel Authores, rationeſque conſideravi vtriuſque opinionis, iudicoque ſententiam de qualitatibus manifeſtis probabilem eſſe; non certam, & evidentem, ideoque oppoſitam, nimirum de qualitatibus occultis etiam eſſe probabilem. Utraque habet rationes fortes, Authoreſque graves, qua propter neutra improbabilis dici debet, aut poteſt. De curſu temporis ſtudio, ac experientijs hominum inventi fuerunt effectus mirabiles naturæ antea ignoti; ſed cauſæ certæ eorum, non certò; ſed probabiliter inventæ ſunt, & quorundam aliquæ non aſſequuntur. Quis rogo ſibi, aut nobis ſuadère poterit ſe habere certam, evidentem que cognitionem omnium miſteriorum naturæ? & vt plurima omittam, quis inveniet cauſam manifeſtam cur Struthio ferrum conſummat, quod non facit ignis quamquam calidior? non ne ſatiùs erit recurrere ad formam ſpecificam, vel occultam qualitatem? Quis cur ignis in monte Egla abſummat aquam, & non lædat ſtuppam? Quis cur lapis Camethites non ſinit accedere invaſorem in illum habentem? Quis cur lapis Abeſtus, de quo ſcribit S. Auguſtinus, quod ſemel accenſus numquam extinguitur, talem vim habeat? Quid de fonte illo mirabili apud Idumæam, qui eodem teſte, lib. 22. de civit. Dei cap. 4. quotannis quatuor mutat colores, quemlibet poſt treſmenſes, primò ru-

rubentem, postea sanguineum, deinde viridem, ac demum chrystalinum? quis habere poterit horum, aliorumque adeò evidentem cognitionem, vt iudicet improbabile recurrere ad qualitates occultas?

Sanè ad hoc deberet habere cognitionem comprehensivam naturæ, eiusque mysteriorum. Sed hoc potest de aliquo credi, vel suspicari? An habet species inditas rerum, sicut Angeli? An intellectum Angelicum? An scientiam infusam, sicut Adamus? An sicut Salomon, qui disputavit á Cedro Libani vsque ad Hyssopum? quod si non habet, ingeniosus ingeniosè, & probabiliter solùm loquetur. Unusquisque (in ijs quæ non sunt de fide, sed permissa) abundet in suo sensu. Probabilia tractentur probabiliter, nec sit cæcus adeo amor vnius sententiæ, vt opposita acri censurà inuratur. Prudentia docet in probabilibus abstinere acensuris, & maximè á convitijs: nam qui convitia seminat, sæpe fructus eorum invitus colligit. Hic finem impono: iudicoque Allegationem hanc, opinionemque, quam propugnat, nihil habere, quod fidei Catholicæ, bonis moribus, aut vtilitati publicæ opponatur, dignamque esse, quæ typis mandetur. Sic sentio in hoc conv. B.M.V. Cõsolatricis: Hispali. die 11, Octobris Ann. Domini 1698.

M. Fr. Joannes à Sancto Bernardo.

Li-

EL Dr. Don Ioseph Baias Provisor, y Vicario General de Sevilla, y su Arzobispado por el Illustrissimo y Reverendissimo Señor Don Iaime de Palafox, y Cardona mi Señor; Por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Arzobispo de esta dicha Ciudad, y Arzobispado, doy licẽcia para q̃ se pueda imprimir è imprima vn Tratado, cuio titulo es Allegatio Apologetica Medico physica, qua sententiam probabilissimam de occultis, aliquorum entium, qualitatibus, & operationibus, *compuesto por el Dr. Don Christoval Ruiz de Pedrossa, y Luque Medico desta Ciudad, contra cierto tratado de* Entitatibus manifestis *compuesto por Don Miguel Melero Ximenez Medico Revalidado à si mesmo de esta Ciudad. Atento no contenerse en dicho Tratado ò Allegacion cosa que se oponga, y contradiga à nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres, sobre que à dado su censura, y parecer la Persona à quien cometi el examen de dicho tratado, con tal que al principio de cada vno se imprima esta mi licencia, y la dicha censura, y parecer; Dada en Sevilla à veinte y siete de Otubre de mil seiscientos y noventa y ocho años.*

Por mandado del Sr. Prov.

Iuan Francisco de Alvarado.

Cen-

CENSVRA, & APPROBATIO D.D. Ioannis Antonij del Alcazar in Sacra Theologia Docto-ris: Regalis Xenodochij Hispalensis à nostro Rege, & Domino, Administratoris designati: ac tandem Almæ, Metropolitanæ, & Patriarchalis Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis Canonici Meritissimi.

EX cõmisione D.D. Antonij Ferdinãdi Maria de Milan Togati publici Hispalensis fori Senatoris, Calchographiarum Hispalensium Iudicis à Regio Senatu designati, legi Apologeticam Medico Physicam Allegationem, quam Dominus Christophorus Ruiz de Pedrosa, & Luque, Artium, & Phylosophiæ Magister, in Medica facultate Doctor, olim in Hispalensi Academia Uespertinæ, nunc verò Primariæ Medicinæ Cathedræ Moderator, scripsit, vt sententiam occultas quibusdam rebus inesse qualitates affirmantem, ab improbabilitatis notà, nuper huic opinioni à Bacc. D. Michaele Melero Medico Approbato, in quodã tractatu de Entitatibus manifestis, imposita, vindicaret. Et vt verum fatear, satis mihi iucunda fuit prædictæ Allegationis lectio; nam in sententia, quam eius Author propugnat, non parùm mihi videntur commendari, & Dei

sa-

ſapientia, & naturæ præſtantia, & Artis induſtria: Divina enim ſupra omnem naturam commendatur ſapientia, dum illa verè ludens in orbe terrarum ſtatuitur, vel in rebus ipſis, quas paſsim videmus, nobiſque præ manibus ſunt miram vim, ſeu virtutem, ita veluti arcana clauſiſſe Myſteria, vt nulli vnquam patèrent humanæ mentis obtutui. Naturæ præſtantia extollitur dum ea, & notis, & occultis ornamentis decorari ſtabilitur, vt quá poteſt ſimilitudine ancilla Reginam adumbrare, Cæleſtem referat ſponſam, cuius eximia pulchritudo ab vtriuſque generis perfectionibus, teſte ipſo Divino Sponſo, maximè commendatur. *Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecùs latet*: Artis induſtria magis elucet, dum hæc ſtatuitur humanam mentem dirigere, non ſolùm vt in animalibus, lapidibus, herbis, & alijs, quæ natura in toto terrarum orbe complectitur, illa omnia, quorum notitia ſolerti indagatione comparari poteſt, penetret, ſed etiam, vt in nonnullis aliquid præter ea, quæ clarè tam corporis, quàm mentis oculis ſubijciuntur, latère cognoſcat.

Cantic. 4.

Ex quibus omnibus ipſa etiam non levem

vem accipit commendationem ſententia, quam huius operis Author ſolidis probat argumentis, magna eruditionis copià illuſtrat, ingenioſè quidem ab omnibus impugnationibus liberat, & quod rarò invenitur, ſed maiori laude dignum in omnibus, præcipue tamen in apologeticis diſſertionibus cenſeri debet, acumen cum moderatione, claritatem cum brevitate coniungit. Ideoque fideliter in hac Allegatione ſervare videtur regulam, quam S. Damaſus ad Epiſtolas, in quibus multis dificultatibus ab ipſo Damaſo propoſitis ſatisfaceret rectè ſeribendas S. Hieronymo ſervandam his aureis verbis propoſuit: *Accingere igitur, & mihi, quæ ſubjecta ſunt ediſſere, ſervans vtrobique moderamen vt nec propoſita ſolutionem deſiderent, nec Epiſtola brevitatem.* Id in hac Allegatione, & nihil, quod fidei Catholicæ, aut bonis moribus, aut publicæ vtilitati opponatur invenio; qua propter dignam illam iudico, quæ in lucem prodeat. Ita ſentio Hiſpali octavo Kalendas Novembris anno. 1698.

S. Damaſus Epiſt. 124. inter Hieronymianas.

Dr. D. Ioannes Antonius del Alcazar.

LICENCIA.

EL Licenciado D. Antonio Fernando Maria de Milàn, del Consejo de su Magestad; su Alcalde del Crimen en la Real Audiencia desta Ciudad : Iuez superintendente de las Imprentas, y Librerias desta Ciudad, y su Partido: Por el presente doy Licencia à Iuan Francisco de Blas, para que por vna vez, como Impressor Mayor desta Ciudad pueda imprimir, è imprima vn Tratado, cuyo titulo es: Allegatio Apologetica Medico Physica, *su Autor D. Chrystoval Ruiz de Pedrossa, y Luque, Doctor en la Facultad de Medicina, atento à no contener cossa alguna, que se oponga à las verdades de nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres; sobre que por comission mia en ocho dias deste mes, diò su Censura el Señor Doctor D. Iuan Antonio del Alcazar, Canonigo de la Santa Iglesia desta Ciudad, y Administrador por su Magestad del Hospital Real della; la qual, y esta Licencia se imprima al principio de cada tratado Corrijiendosse con el Original, donde està el decreto de dicha Censura; Dada en Sevilla en 29. dias del mes de Otubre de mil seiscientos y noventa y ocho años.*

Licenciado D. Antonio Fernando Maria de Milàn.

Por su mandado

Iuan Francisco Carrera Escrivano.



DOMINVS D. FRANCISCVS DE VELASCO, ET ESTRADA,

MARCHIO DE POZOBLANCO,


EQUES ORDINIS SANCTI JACOBI

STEMMATE EXORNATVS;

Omnium ferè bonarum disciplinarum, & Latini eloquij studiossimus; in Authoris Dris D. Christophori Ruiz de Pedrossa, & Luque, Ramblensis amici sibi valdè Dilecti, &c. Operis quę laudem sic scribebat.

CVm Romanæ eloquentiæ facilè Princeps præclara de arctiſsimo amicitiæ, & benevolentiæ vinculo dixiſſet; hæc verba verè aurea protulit: *Omnis ratio, & institutio vitæ adiuvamina hominum desiderat, inprimisque vt habeas, quibus cum familiares conferre poſsis sermones.* Nihil aptius nihilque commodius ab Oraculo Phylologiæ dici potuiſſet; & enim multis ab hinc annis, cum non ſolùm mi-

hi, ſed etiam omnium meorum cætui iuvamen attuliſti, tùm meis, tùm eorum graviſsimis ægritudinibus, tua magna ſedulitate levandis, ita vt nemini, quàm mihi, diligentiùs, & illis intereſſes; incubuiſſes; verum enimveró cùm ab infantia tecùm indiſſolubilem affectus nodum conflaſſem, iucundos de ſolerti confabulatione ſermones conferre cæpi; ne turpis inſcitia, quæ mortales ob Protoparentis lapſum ab orbis exordio in fauſté diruit, me oculos mentis aperientem cæcaret; Uerùm cum hæc Allegatio Apologetica, in qua ampliſsima arboris Apollineæ fructiferi rami, te eius radices ſapientiæ latice rigante, vireſcunt, á te in lucem edendam comperiſſem: meam erga te neceſsitudinem omnibus fuiſſe notam concupivi; non dubito, quin fragilis mei ingenioli cymba inexiguæ laudis Charybdim, & rudis ſtyli Scyllam impingat per ſpatioſum tuarum laudum pelagus navigare inhians, ſed eius clavum meo affectu dirigente, eam ad veniæ gratitudinis portum ſecuré appulſſuram; Deo favente, confido. Vale, vt alij valeant.



AD.

A D. Christoval Ruiz de Pedrossa y Luque, Natural de la insigne Villa de la Rambla, en el Obispado de Cordova, Maestro en Artes, y Philosophia, Doctor en Medicina, y Cathedratico actual, y Proprietario de Prima en esta Facultad, en la muy celebre Universidad de Sevilla:

En alabança desta Obra.

SONETO.

QVe importa que insolente allà Typhèo
Sycophanta agressor de las Estrellas
Intentasse apagar sus luzes bellas,
Si à Jove le creció nuevo trofeo?
Què importa que à PEDROSSA en el Lycèo
Intente vn Novator borrar sus huellas
Despidiendo calumnias por centellas,
Como el otro arrogante Bryarèo?
Si yà en su mano espada fulminante
De Jupiter excede el vencimiento:
Este tuvo la gloria de triunfante,
Castigando su altivo atrevimiento;
Dos vezes triunfas Tu; vna el Tonante:
Modesto enseñas; concluyes con aliento.

Cadiz y Noviembre 4. de 1698.

Su mas afecto Amigo,
D. Luis de Quevolcrat.

A D. Christoval Ruiz de Pedrossa y Luque, Medico Revalidado; assimismo Doctor en ambas Facultades Medicina, y Filosofia, y Cathedratico antes de Visperas, y actual de Prima de dicha Facultad en la Real Vniversidad de Sevilla.

SONETO.

SVbe à la Esfera el humo delicado,
Y quanto màs se sutiliza al viento,
Tanto màs descaece de su intento,
Desvanecido màs, y dissipado.
No de otra suerte aquel, que confiado
Sondar pretende con su entendimiento
El Seno mas profundo, mas exempto,
Que en su ciencia dexò el Autor sellado.
Humo es que sube, quien tan alto buela,
Y su luz mas tinieblas atesora:
Tu si, que venerando con cautela
Lo oculto; tu discurso se mejora
En las verdades, à que atento anhela
Tanto mas sabio, quanto mas ignora.

Escriviolo su mas antiguo, y afecto Amigo, y Condiscipulo, Bachiller en Medicina en la dicha Real Vniversidad de Sevilla, y Medico Revalidado, y de la insigne Villa de Torre-Milano, Obispado de Cordova, en 17. de Noviembre de 1698.


D. Francisco Ruiz de Fresnedilla,

En

En alabança desta Obra, y su Autor doctissimo; escrivia Don Antonio del Rio y Pedrossa (sobrino del Autor) Colegial en el Insigne de Corpus Christi de Ossuna, y Bachiller en la Facultad de Sagrados Canones en la famosissima, y celebre Universidad de dicha Villa, este

SONETO.

SIgues à muchos, y essos los mejores;
Y quanto màs tendrá visos de incierto,
Lo que no alcança el Lince mas despierto
Por no precipitarse à mil errores?
O quanto más mereceràs de honores
Sin perder el respeto â lo encubierto,
Que qualquiera que vario, è inexperto
Nos vende fantasias por primores!
Siga su rumbo, y dè velas al Noto,
Que si juzga es carrera mas dichosa,
Muy malas señas dà de buen Piloto,
Sin pesso de razon muy ponderosa,
Es Nào sin lastre à riesgo de ser roto;
Y no ay navegacion mas peligrosa.



D.

D. Ioannes Silvester Perez de Arroyo, Presbyter, in Divi Michaelis antiquissimis studijs Sanctæ Metropolitanæ Hispalensis Ecclesiæ, humanarum litterarum Professor; in laudem Authoris sequentis opinionem longè probabilem de occultis qualitatibus, *adducẽs historiam de fonte quodam* Fervenças *apud Lusitanos appellato, 4. leucis à Conimbrica sito omnia devoranti, & alio omnia reijcienti occulta virtute; vt habetur apud Vasæum Cronic. Hispan. 8. in Descriptione Regni Lusitani, fol. 403. citatum à R. P. Antonio Vasconcellio ex Societate Iesu, canebat hoc.*

EPIGRAMMA.

CVr alter iaciat, cur sorbeat alter ad illos
Fontibus è binis proxima quæque rogas?
Cur stagnum sodomis vicinum, pondera, saxa
Sustineat, cortex subruat atque levis?
Cur nisi quod maneat rebus plerumque sub vllis
Vis innata lateris, sola patensque Deo?
Omnia per causas cognoscere non datur vlli;
Omnia nec Salomon noscere prorsus ait.
Christophorus tuto incedit Doctoribus hærens
Multis, & Sanctis; quos imitatur avens.
Argumenta licèt veri sub imagine scribat
Æmulus; hos, inquit, cum ratione sequor.

Eius-

EIVSDEM IN EVNDEM.

EPIGRAMMA.

PLurima ſcripſerunt Medici, quos Orbis honorat,
Spernere quos, ſtupidæ eſt impietatis opus:
Nos etenim debemus eis, vt Patribus iiſdem
Cum cultu obſequium, quod meruere dare.
Quid ni? Authores almo, ſi Flamine pleni
In ſummo tales conſtituere loco?
Cur nos Cultores ſophiæ caligine preſsi
Pendemus parvi, quos coluere Patres?
His arcana quidem, veneranda talia faſsis
Nos obſiſtemus, præque feremur eis?
Icarus infirmis nitens ſuper aëra pennis
Obrutus equoreo vortice, ſeró ſapit.
Viribus imparibus Phaëton Auriga Parentis
Currùs, heu! Padi flumina fulmine adit.
Viribus hi proprijs fiſi contemnere Patres
Auſi, ac arbitris credere ſponte ſuis,
Præcipites cecidere ſuo quaſi pondere iacti
Delicti, & pænas morte dedere ſui.
Non ſic Chriſtophorus Pedroſſa: hic mente benignà
Maiorum mentes cùm ratione probat:
Mente tument illi: cecidere ab æthere ſummo;
Sidereos humilis ſcandet at iſte Polos.

In laudem sui Præceptoris D. D. Christophori Pedrossa & Luque, Ramblensis, in Apollinea Facultate Doctoris Laureati, in Artibus, & Phylosophia Magistri, necnon in nostra Hispalensi Vniversitate Primariæ Cathedræ Moderatoris dignissimi.

EPIGRAMMA.

QUaliter auricomus puros, sine nube nitores
Ostendit Titan, pandis vbique latens;
Ast vbi iam radias, noctem laruasque minaces
(Nubila disrumpens) luce patente fugas.
Christipheri ornatus præclaro nomine fulgens;
Prosternis passim barbara tela *Gigas*.
Perseum contra vibrantem *Gorgonis* ora,
Inclyte Deucalion viuida *Saxa* facis.
Sit *Pedrossa* satis mentem domuisse rebellem:
Sic laruæ, & nubes, noxque inimica ruunt:
Sic iterum diri reseras arcana veneni,
Antidoti, & medici munera cuncta refers:
Sic Calamus contra pugnans horrescit inermis;
Lædere nec serpens nam sine dente valet.

Cecinit eius ex Gymnasio Discipulus adiectissimus
D. Ioannes de Villa,
Baccalaureus in Phylosophia.

In

FEE DE ERRATAS.

EN la dedicatoria pag. 1. *Desasiago*, diga *Desasosiego* : en la misma linea *oririgen*, diga *origen*. en la segunda Epigrama *arbitris*, diga *arbitrijs*.

Fol. 1. lin. 1. *Estivalium*, diga *Æstivalium* : Fol. 1. lin. 10. *exeo*, diga *ex eo* : Fol. 5. lin. 13. *felicis*, diga *Fœlicis* : Fol. 3. lin 9. *incubiesse*, diga *incubuisse*. Fol. 5. lin. 19. *probalis*, diga *probabilis*. Fol. 20. lin. 15. *prograaitur*, diga *progreditur*. Fol. 22. lin. vlt. *alexiterem*, diga *alexitereæ*. Fol. 47. lin. 2. *mortales*, diga *mortalis*. Fol. 48. lin. 5. *impugnatur*, diga *Impugnator*. Fol. 49. lin. 23. *quam*, diga *quod*. Fol 64. lin. 8. *Præceptor*, diga *Præceptoris*. Fol 66. lin. 18. *Agoneta*, diga *Agonoteta*. Fol. 84. lin. penultima *quod*, diga *quod*. Fol. 93. lin. 6. *maius*, diga *maior*. Fol. 97. lin. 20. *inunctos*, diga *inuncto*. Fol. 101. lin. 16. *viuentibue*, diga *viuentibus*. Fol. 107. lin. 11. *matetiam*, diga *materiam*. Fol. 111. lin. 19. *Durugi*, diga *Durungi* : y dos lineas despues, *herbas*, diga *herba*. Fol. 115. lin. 10. *revalere*, diga *revelare*. Fol. 120. lin. 15. *progredetur*, diga *progreditur*. Fol. 128. lin. 17. *Congfiuratione*, diga *Configuratione*. Fol. 131. lin. 11. *præferrentes*, diga *præferentes*. Fol. 134. lin. 16. *qnam*, diga *quam*. Fol. 197. *probibilium*. diga *probabilium*.

En la 2. aprobacion, cerca del fin, donde dice, *seribendas*, diga *scribendas*. Pag. 11. lin. 7. *studiosimus*, diga *studiosissìmus*. Fol. 1. lin. 3. *exálatio*, diga *exhalatio*. Fol. 3. lin. 20. *à loqui*, diga *alloqui*. Fol. 11. lin. 6. *divabus*, diga *duabus*. Fol. 47. lin. 10. *oblato*, diga *ablato*. Fol. 49. lin. 23. *intellectis*, *quam*, diga *quod*. Fol. 86. lin. 7. *citatus*, diga *citato*. Fol. 118. lin. 7. *alequale*, diga *aliquale*. Fol. 128. lin. 22. *eum*, diga *cum*. En la linea siguiente *poienter*, diga *potenter*. Fol. 131. lin. 11. *præferrentes*, diga *præferentes*. Fol. 148. lin. 13. *aliquod*, diga *aliquando*. Fol. 197. lin. 6. *probibilium*, diga *probabilium*. Fol. 117. lin. 24. *Neothicorum*, diga *Neothericorum*. Fol. 128. lin. 12. *explauare*, diga *explanare*. Fol. 59. lin. 19. *memorabumus*, diga *memorauimus*.

Fol. 62. lin. 17. *redi caliter*, diga *radicaliter*. Fol. 113. lin. 1. *qualitate*, diga *quantitate*, Fol. 127. lin. 18. *Thoma*, diga *Thomas*. Fol. 6. lin. 23. *quæ è fratre*, diga *quam, cum è fratre*. En la 2. Epigrama. *arbitris*, diga *arbitriis*.

AD LECTOREM PRÆLOQUIUM.

1. STIVALIUM ardorum, fluctibus ſcintillantibus, tempore, ex Meleriani archei indignatione, quædam in me proſiliit ſui fulminantis ingenij exalatio, quodam involuta tractatu impugnante alium, quem anno proximè elapſo in Regia Hiſpalenſi Vniverſitate Scholaſticis prælegeram: *De occultis aliquarum entitatum qualitatibus*; Et operationibus, nobis à priori cognoſci, nequeuntibus.

2. Liceat interrogare Fratrem Impugnatorem, quid coegerit ſuã maximam pietatem, & charitatem, vt die 8. Auguſti, hora circiter noctis vndecimam, adhuc humeſcente papiro, ſuum tractatum impugnatorium per ſuum filium mihi miſiſſet? non ne pietate ductus, aliquam erga proximorum vtilitatem exeo, tunc temporis, obſcuritate vigente, ſolaribus que radijs, ſua deficientibus claritate, lucem, afferre conabatur? fallitur quidem, incurritque doloſſorum lucem fu-

gientium, censuram: ipsum que oportebat, lumina irradiantia phebeæ lampadis orbem sperare, ne de illo diceretur

Post solemque solent judicari negotia nocte.

3. Fateor quidem noctu fuisse missum, nocte que scriptum ab aliquo, aut ophtalmia, aut lippitudine laborante; cum non solum in discursu, sed in ipsius idiomatis latij regulis pluribus mendis, & erroribus scateret.

4. Enim vero, vt loquar cum S. Hieronimo: *Qui scribit multos sumit iudices.* Credo, mihi tam lictores, quam iudices non esse defuturos; progredietur que ista allegatio brevis sinè eo, quod intellectus pugna, (vt ait impugnator) sacraria audeat voluntatis attingere; licet conspexerim favere mihi leg. *Vim vi repellere licet.* ff. De iustitia, & iure.

5. Admoneo prudentissimum Lectorem, prælocutionem Lectori, quam Baccalaurus D. Michael Melero apposuit, atentissimè legere, vt sciat palam me ab ipso provocatum ex titisse: & cum in tali prælocutione dicat, me legisse doctrinam probabilitate carentem; nihil que vtilitatis scholasticis allaturam, sed con-

confundentem lucem cum tenebris, & miſcentem claritatem cum obſcuritate; & tandem, me litteram Avicenæ, quam (vt ipſe credebat) ſequi debebam, non eſſe ſequutum, afferat; quibus rationibus, (vt ex eius præ locutione Lectori manifeſtiſſimè coligitur) iniuriam, & contumeliã in me inferre, nulli dubium eſſe, exiſtimarim, & ab eo, meo non incubieſſe muneri, cenſurari, quæ, vt clarius patefaciam, ad litteram ſuam prælocutionem apponam; & omnia, quæ à fratre impugnatore mihi ſcripta ſunt, & in me illata contumelioſſè, referre non verebor.

6. Iterum Lectorem admonitum haberi deſidero, me, D. Michaelem Melero *Fratrem impugnatorem*, in tractatus diſcurſu appellare, quia ipſi, me, & omnes hoc ſtylo amabili, & valde Chriſtiano à loqui pro conſuetudine eſt; & hoc nomine, *Frater*, ab omnibus appellatur.

7. Nec tacebo me, vt ſcirem de opinionum probabilitate huius ſæculi Theologum (ob cuius pudorem) nomen ſilentio prætermitto) conſuluiſſe; nec verebor me plura debere à quolibet, vt aliquid percipere poſsim, tum quærere, tum conſu-

lere: faxit Deus, cuius auxilio prius vocato, sic incipere æquum existimavi, apponens prælocutionem Lectori, quam adducit Melero.

PRÆLOCUTIO LECTORI.

C*VM ad manus meas, diebus præteritis, pervenisset quidam tractatus de Qualitatibus occultis à Doctore D. Christophoro de Pedrossa, & Luque, in Vniversitate Hispalensi Medicinæ Primariæ Cathedræ Moderatore, dictatus, eum libenter legi, cuius doctrina probabilitate carens, nil vtilitatis affert Scholasticis; quim potius claritatem cum obscuritate confundit; & cum luce tenebras miscet: Quapropter sequens litteram Principis Arabum, quam Dominus Doctor ob suæ Vniversitatis instituta explicare tenetur, detegam veritatem, eamque obscuritatis caligine spoliabo.* Hæc D. Michael Melero ad literam.

Sed prius quam respondere incipiam, rogo, vt audiatur S. Hieronimus Doctor Ecclesiæ Maximus in Apologia ad Ruffinum, [à quo provacatus extiterat] lib. 1. his verbis. *Culpa referenda est in illum, qui priùs lacessivit.*

8. Sed

8. Sed vt primùm meam ſententiam ab improbabilitatis calumnia intendam defendere : opere pretium duxi explicare, ratione cuius opinio probabilis ſit : & cum opiniones ſint probabiles ab intrinſeco, & ab extrinſeco, ex ſuppoſitione quod, ab intrinſeco eſſe probabilem meam opinionem, non diſcutiam; tantum de probabilitate extrinſeca illi adaptanda ſatagere non renuo. Et 1. adducere, fas ſit, opinionis probabilis definitionẽ traditam ab Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Domino D. Fr. Petro de Tapia felicis recordationis Hiſpalenſi Archiepiſcopo, Catenæ moralis. lib. 1. de actionibus moralibus art. 11. §. 3. num. 15. fol. 74. *Eſt aſſenſus, qui gravi ratione, aut teſtimonio nititur adhærendo vni parti cùm formidine alterius.* Hac ergò ſuppoſita definitione ſententiæ probalis in communi, è re mea eſt adducere fundamentum, vt conſtituatur mea ſententia probabilis ab extrinſeco : Pro quo dico, quod vt conſtat ex Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Domino Archiepiſcopo citato, eodem loco num. 8. fundamentum probabilitatis ſunt Teſtimonia, & Sapientum authoritates; ſed ad ſunt Teſtimonia, &

quam

quam plura fundamenta ſapientiſsimorum huic ſententiæ adhærentium : ergó probabilis eſt ab extrinſeco mea ſententia aſſerens dari operationes , & qualitates occultas in aliquibus entitatum effectibus. Maior eſt certa, & conſequentia infertur; minor probatur ſic : eſt ne ſapiens , & doctus Julius Cæſar ſcaliger ? eſt ne doctus omniſcius Daniel Sennertus ? eſt ne Prudens Doct. D. Franciſcus Valles de Covarrubias , Philippi Secundi Archyater ? eſt ne vir Doctus Ludovicus Rodericus de Pedroſſa , vir ita eruditione refertus, vt meruerit, ſibi ſoli erigi à ſupræmo Caſtellæ Senatu Cathedrã ſuprà ſalmãtinã primariã? eſt ne doctus Doct. D. Cyprianus Maroxa ; & alij ferè innumeri , nempè Joannes Fernelius , & Galenus ipſe ?

9. Suppoſito igitur , meam ſententiam probabiliſsimam eſſe , non opportet novis eam ſpeculationibus pervertere ; cum hæc ſententia ſit de Medicina , quæ à Fratre Impugnatore, ſimpliciter practicam eſſe dictum ſit , ut infrà probabo , hoc ſuppoſitum adduco ex Illuſtriſsimi Archiepiſcopi iam citati Doctrina nu. 7. loco ſupra citato fol. 74 *Namquæ libet ars,*

ſeu

ſeu facultas ſuis propriis gaudet principiis, & fundamentis; extraneis vero non ſine periculo vtitur; vnde qui moralem ac practicam hanc facultatem profitetur, temperare debet principia ſpeculativa, & quaſi condire ſale prudentiæ, atque prædictis operationibus moralibus; ne contingat novis ſpeculationibus laxare nimis habenas contrà communem Doctorum, ſapientum atque prudentum ſententiam. Hæc Dominus Tapia: Quo mihi affulgente lumine, hanc conſequentiam infero: ſed ſic eſt, quod Frater Impugnator D. Michael Melero in ſuo allegato litigioſſo n. 7. contra primam partem quæſtionis Medico-legalis pró Doctoribus Hiſpalenſis Vniverſitatis, totis viribus, intendit medicinam eſſe practicam ſimpliciter: ergó non debet ſpeculativis rationibus habenas laxare, contra, tantorum virorum ſapientum, & prudentum repertiſsimam, & receptiſsimam opinionem de qualitatibus occultis in aliquibus mixtis inventis pro aliquorum effectuum productione: quia ſicut Theologia Moralis ſimpliciter practica eſt, ita vult ſua authoritate impugnator, medicinam ſimpliciter practicam eſſe; ſed pro Theologia morali, quia ſimpliciter practica,

tica, non licet novis rationibus, & speculationibus habenas laxare contra opinionem à pluribus receptam: ergò non licet Impugnatori, in Medicina, (quam simpliciter dicit practicam) novis speculationibus habenas laxare, nec sententiam probabilem, antiquam, & à pluribus receptam pro libito suo evertere.

10. Probabiliorem hanc meam sententiam facere videtur Ang. meus Præceptor qui suo opusculo 34. ita Titulum apposuisse cernitur

DE OCCVLTIS OPERATIONIBUS NATVRÆ.

11. Hac ergò facta suppositione convictus manet Impugnator dicens, meam esse improbabilem opinionem, & sententiam, quam ex melioribus selectioribus, que inter clasicos Authores legendam Scholasticis assumpsi; venerans tot sapientum, doctissimorum virorum assensum; & ne transgrederer terminos, quos illi, vt Patres mei possuerunt. Liceat verbis Fratris Impugnatoris vti, qui 2. suo allegato Thema hoc proposuit

Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui. Prov. cap. 22. vers. 28.

12. Sed Impugnator, vt novas ideas proponere conetur, novis à Neotericorum Doctrinis desumptis suis speculationibus vult sua contraria sententia novitatem amplecti; caveat tamen eventus novitatis, vt Ovid. 3. de pont. ait:

Est quoque cunctarum novitas gratissima rerũ:
Eventus varios, quæ nova, semper habent.

13. Probatum iam à me est, tractatum, quem Scholasticis legi de talibus occultis qualitatibus, continuisse probabilem sententiam; aliquidque vtilitatis ex probabili erit inferendum: nam & si Doctissimus Dr. Petrus Michael de Heredia hanc sententiam Impugnare, & sugillare assumpserit, (sicut, & in alijs multis) præcipuè tract. de febre punticulari disp. 2. cap. 1. à fol. 494. vsque ad fol. 500. tamen distincta Authoritas est in hoc viro vt Impugnet; & verè modestiori vtitur stylo, & neminem vocat ignorantem, planè, & obscuritate fucatum caliginosa,

 vt

vt (etalijs) Impugnator.

14. Similiter contraria ſententia fuit probabilior reputata á Dre. D. Joanne Lazaro Gutierrez Vallis-O'etano Dre. Medico, in febrilogia ſua. Curſu 5. Lectione 1. de eſſentia malignæ febris per totum curſum, & modeſtiſsimè ſuam ſententiam promit, & profert, nemini contumeliam inferens, nec adijciens ignorantiæ paſsim notam: vt ait Impugnator, qui, & ſi ſentẽtiam contrariam aſſerere voluerit, modo, & ſtylo modeſtiori id efficere valebat; nam

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

15. Sed verbis ad iracundiam provocantibus, vti tibi non licère nemini dubium eſt. Ideoque non doleo Impugnationem; doleo quidem Impugnandi modum, vt ex Platone dicitur: *Non rem, ſed artem damnabant antiqui.*

16. Neque verò extrà chorum pſallere exiſtimo, Fratrem Impugnatorem hortari nõ tranſgreſsionis ſtatutorum Vniverſitatis, (quæ iuravi ſequi, & defendere) me notam incurriſſe; [ſicut ille Cenſoris] cum

cum in aſsignatione Lectionum Cathedrarum meæ Vniverſitatis tit. 8. fol. 10. minimè Avicenæ litteram exponere, aliquomodo obligemur; licet vero tit. 15. de Licentiæ Gradu in qualibet Facultate fol. 23. primam ex duabus Lectionibus, (quæ fiunt) in littera Principis Avicenæ Lectionem faciēdam eſſe conſtringamur; quas Lectiones cum non ſit prægreſſus Frater Impugnator, ſuoque gradu Baccalauri contentus remanſſerit, nec tetegit ſcabellum, examinis ſpinas, & tribulos, quos nos ipſi iam ſenſimus; iudicavitque ad cathedram primariam Avicenæ interpretandam litteram nos obligatos remanere; obiter ad illa verba in prælocutione, *ſuæ Vniverſitatis.* Dico, quid enim perderes vt *noſtræ Vniverſitatis*, & non ly *ſuæ* diceres? à qua alia Academia Doctrinam accepiſti? nonne in hac gradum Baccalauri accepiſſe, notum eſt? quare dedignaris *noſtræ Vniverſitatis*, non vero *ſuæ* verbis vti; negas Matrem, negas almam tuam Academiam? abſit! abſit! *Non te pudet, eum contemnere, cui debes hoc ipſum, quo tibi places?* Diog. in Laert. lib. 6. & hæc ſufficiant prò ijs, quæ littera prælo-

locutionis Lectori, Fr. Impugnatoris continebantur: ad materiam principaliorem ergò progressum faciamus.

17. Post quam vero Impugnator meum tractatum ad 16. §§. reduxisset, vt in epilogo, postea magnis litteris primam Conclusionem apposuit; sed prius quam illam, & alias tres, quas affert, ostendam; Noto, responsionem mihi licère ex leg. vim vi, iam citata, ff. de Justitia & Jure, & ex Lege Regni Hispani nostri 46. tit. 5. partita 1. ibi. *Cà non responder alguna cossa, à lo que dixessen, semejaria, que por no haver razones, con que se amparar, que lo dejaban de facer.*

18. Sed magis favet Doctrina Angelici mei Præceptoris, ex qua prò mea defensione, & responsione, & contumeliæ repellendæ consilio, hoc Thema huius apologiæ initio apponi iustum æstimavi.



OPE-



OPERIS EXORDIUM.

19. *Quandoque tamen opportet, vt contumeliam illatam repellamus; maximè propter duo; Primò quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur; & de cætero talia non attentet; alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas.* S. Thomas 2. 2. quæst. 72. art. 3. *S. Thomas 2. 2. quæst. 72. art. 3.*



UO ſuppoſito, aggrediamur iam ad primam Concluſionem Fratris Impugnatoris Baccalauri Domini Michaelis Melero Ximenez, cuius ſeries hæc eſt.

I, CON-

I. CONCLVSIO.

Qualitates, quæ vt occultæ aſsignantur ab Authore, ſunt manifeſtæ entitates pro noſtra ſententia.

20. HANC nititur Concluſionem ſtabilire prò ſe adducens Avicenam lib. 4. fen 6. tract. 1. cap. 4. vbi Princeps agit de dignotione venenorum; tranſtulitque totum ferè caput; quod non repeto, ne moleſtiam pariat lectio, ſed vt manifeſta ſint Principis prò Impugnatore

§. 17. Impugnatoris. verba, ecce hæc ex loco ſupra citato: *Et quidem manifeſtatio eſt ſecundum duos modos. Quorum vnus eſt, vt cognoſcatur, cuius generis ſit venenum, & ſecundus vt ſciatur cuius ſpeciei ipſum ſit.* Idemque probat aſſumptum ex eodem Principe cap. 3. huius tract. de ſpeciebus venenorum pro vt in individuis ex quibus locis Principis ſibi videtur inferre, venena alia eſſe calida, alia frigida, alia acutiſsima, &c.

21. Quibus authoritatibus ſuppoſitis, reſpondendum videtur; ex Principis

cipis Doctrina non colligi causam efficientem proximè esse calorem, aut frigiditatem, humiditatem, aut siccitatem, quæ sunt qualitates activæ, & primæ elementales; & licet de humiditate, & siccitate esse activas apud aliquos, sit in dubio; tamen de calore, & frigiditate supponitur activitas. Quod autē colligitur ex Principis Doctrina, est, ad operationem occultam veneni poni calorem intensum, frigiditatem, aut alias qualitates; ex quo arguit aliqua venena esse frigida, alia calida, alia de genere incisivorum, & alia de genere acutorum; sed hos effectus à posteriori tantum, & per effectus tribuuntur talibus qualitatibus, vel si non, dicat Impugnator, quare arsenicum in tam parva quantitate, ita intensum calorem valeat producere, cum dentur alia actu, & potentia calidissima, quæ in maiori quantitate hoc non efficiant, vt constat de pipere, cinamomo, & cariophilis, & alijs, &c. Et vino, cepa, quæ in maiori quantitate devorata non producunt similem effectum, quem arsenicum, & alia medicamenta producere valent?

Lazarus Meiss. in aph. suis.

22. Adducit Fr. Impugnator pro sua sen-

ſententia aliam probationem à ratione, ſic : *Vt aliqua entitas manifeſtè, & clarè cognoſcatur, requiritur, quod cognoſcatur genus, & ſpecies; ſed genus. & ſpecies venenorum, & aliarum rerum, quæ ab Authore aſsignantur, cognoſcuntur ſecundùm genus, & ſpeciem* : *ergò omnia, quæ ab Authore tenentur, vt qualitates occultæ, ſunt entia manifeſta: maior eſt Textus Avicenæ, minorem que probat, quo ad primam partem; genus venenorum eſt intenſa qualitas; conſtat ex Avicena lib. 2. fol. mi 151. cap. 226. littera O. de opio, natura frigidum, & ſiccum in quarto : ergò cognoſcitur venenum quo ad genus qualitatis attingentis quartum gradum; & tamen cognoſcitur, vt frigida : ergò cognoſcitur clarè, quoad genus, & ſpeciem, hæc ſunt verba Impugnatoris, dicto fol. 4. §. 18.*

§. 18. Impugnatoris fol. 4.

23. Prò cuius Doctrinæ reſponſione, liceat interrogare Dominum Impugnatorem, ſi fortaſsè in Doctrina S. Thomæ, quam (ſicut ego) debet amplecti, genus, & diferẽtia alicuius entitatis realis ſubſtãtialis conſtituatur per accidentia ? nullus huc vſque tale protulit, definitur ergò genus prædicabile cuiuſcumque rei hoc modo : *Eſt quod prædicatur de pluribus differentibus*

tibus specie in quid. Differētia verò definitur: *Est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in quale quid.* Per ly *in quid* designatur tā genus, & differentiam esse quid essentialiter prædicabile: sed quod accidentaliter prædicatur, non prædicatur in *quid*: ergò quod constituit genus v.g. quintum prædicabile, non est accidens; cum accidens in *quid* nequeat prædicari: ergó genus venenorum nequit esse intensa qualitas; cum qualitas intensa, vel remissa sit de genere accidentium, quæ *in quid* nullo modo entitatibus conveniunt, sed ponuntur secūdarió, & cōsecutivè; dimanantque ab entitate completa ex genere, & differentia, tamquam ex principijs methaphysicis, & essentialibus inseparabilibusque à tali re, quam constituunt: ergò genus nequit esse intensa qualitas, quæ est accidens.

24. Intendens Frater Impugnator secundam Partem probare, scilicet quod cognoscatur etiam, quo ad speciem, contentus extitit, cum pro se citaret Avicenam, litt. O. de Opio, asserentem esse frigidum, & siccum in 4. gradu: hæc Impugnator.

25. O novæ logicæ Author ! Respondeo ſequi ex tua Doctrina duplicem qualitatem, primam, & ſecundam nempè frigiditatem, & ſiccitatem eſſe genus, & differentiam alicuius mixti, vel elementi: ergò inferri poteſt hæc conſequentia in tua Doctrina: ergò elementum ignis, quod eſt calidum, & ſiccum, conſtituitur eſſentialiter methaphyſicè per eſſe calidũ, & ſiccũ: ergò methapyſicè non cōſtituitur per genus, & differentiam, per quæ convenit, & ab alijs Elementis diſtingitur, & non per calorem, & ſiccitatem, inquo convenit cum bile, pipere, & alijs: ergò genus, & differentia, ſeu ſpecies nequit eſſe intenſa qualitas frigida, & ſicca in quarto gradu, vt Impugnator ſibi ſuadet.

26. Prius quidem vnum quodque habere debet prædicata eſſentialia, tam Phyſicè, quàm methaphyſicè, quàm dentur accidentia ſubſecuta ad tale ſubiectum (in quo ſubiectantur) vel compoſitum eſſentialiter conſtitutum: accidentia vero ſubſecuta ſunt primæ qualitates Elementales, & aliæ, quæ in mixtis reperiuntur, vt effectivè proximè, & immediatè, forma ſubſtantialis ſuos attingat

C 2 ef-

effectus, quos ipsa radicaliter, & remotè tantum attingit, elevans accidentia, & qualitates, illisque tribuens virtutem, media qua tales qualitates, & accidentia productionem attingunt immediatè substantiæ; cum ex S. Thoma operatio cum sit accidens, nequeat à substantia specificari.

Roborare contendit Impugnator suum assumptum fol. 4. §. 19. sic: *Tunc aliqua res manifestatur, quando non solùm cognoscitur, quo ad speciem in individuo; Verùm quo ad effectum, & modum operandi; at qualitates, quæ dicuntur occultæ, ita cognoscuntur: ergò clarè. Maior videtur certa. Minor probatur assumpto per os opio, corpus sentit intensam frigiditatem; sicut assumpto arsenico calor intensus percipitur; ergò per effectus cognoscuntur venena; quo ad secundam partem est manifestum has, qualitates Primas operari per motum ad qualitatem: ergò ex omni capite sunt manifestæ entitates.* § 19. fol. 4. Impugnatoris.

27. Hæc Roboratio sententiæ intentæ ab Impugnatore, licet non probatæ, nulla est. Et ad probationem minoris dico, assumpto per os Opio, corpus non refrigerari, sed somnum experiri, vi narco-

tica, qua Opium gaudet; & cum somnum inducatur à Vino, quod frigidum non est, & lacte, & alijs, infertur, hoc nequire á frigore provenire; sed à quadam virtute intali medicamento potentiali, occulta que qualitate, quæ elevatiori, & altiori modo, & in minori quantitate efficit. quod vinum, & alia fortiora, seu aqua vitæ, efficere non cernuntur. Ergò non operantur, quia frigida, nec quia calida, sed quia talia, vt in 1. tract. docui ex Averrois sententia: ergò talis productio non est ita manifesta, vt Fratri videtur Impugnatori: de Opij Natura infrà.

Prograditur Impugnator tertiò suam probare Conclusionem fol. 4. §. 20. Sic; *Medicina elegit media, vt homines liberentur à venenis; sed si venena essent qualitates occultæ, Medicina talia media rationabiliter non eligeret: nam quod occultum est, nulli contrariatur: ergò si Medicina elegit media, Medicina non solùm cognoscit speciem veneni, verum etiam speciem, quæ contrariatur veneno; aliàs effectus alexipharmaci essent rectum ab errore; & essent applicationes empyricæ: ergò fatentendum est qualitates assignatas, vt occultas, carere probabilitate, sicut tenebræ in conspectu lucis.*

fol. 4. §. 20. Impugnatoris.

lucis. Hæc ità Impugnator.

28. Prò reſponſione ad hanc maximam ſibi probationem, Fratrem Impugnatorem interrogo ſic: Quis vnquàm ſomniavit, quod dicis? nempe venena eſſe qualitates occultas? Qualitates proximè operativæ, (chariſsime Frater) ſupponunt eſſentiam ſubiecti in actu conſtitutam; quia ex Phyloſopho: *Vnum quodque operatur in quantum eſt in actu per formam ſubſtantialem.* *Ariſtoteles.* Ergo venena, quæ ſunt entia phyſica ſubſtantialia conſtituta ex materia, & forma, non ſunt qualitates, ſivè occultæ, ſivè manifeſtæ; ſcire oportet Fratrem Impugnatorem, quod ſuppoſita eſſentiali entitate ſequitur, operatio à qualitate, ſeu virtute proximè producente; quæ operatio ſequitur ad eſſe rei: & cum in venenis detur talis operatio, & virtus *vt quo* illa producatur; hanc virtutem, & modum talis operationis dicimus eſſe qualitates occultas; non veró dicimus, nec dixiſſe, quis probaverit, venena eſſe qualitates occultas. Hoc in Phyloſophia videtur eſſe Fratri Impugnatori qualitas occulta, ideoque Dominum rogare debet, vt ſibi hæc, & alia manifeſ-

festet. *Qui occulta fecerat, manifestabit illa.* Machabæor. 2. (quem Textum adducit Impugnator in principio sui tractatus.)

29. Fateor quidem, Medicinam talia media, nempe alexipharmaca, vti à venenis homines liberarentur, elegisse; quorum apud nos applicatio empyrica non est, nec rectum ab errore in effectu sequitur; nam applicatur effectui relicto à qualitate venenosa, aliud pharmacum alexitereum, contraria qualitate gaudens, quo ad effectum, etiam si imperceptibilis est talis qualitas producens, sufficit ad talem applicationem cognoscere contrarietatem effectivam, & à posteriori; cum omnes causæ á priori nequeant cognosci, vt ipse Galenus fatetur lib. 6. de Simplicium Medicamentorum facultatibus cap. 1. *Ad hunc itaque modum non tantum de Abrotono, sed de alijs quoque omnibus, scribendum est; eas quidem facultates, quæ sunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectando, siccandoque, ijs, quæ sepenumero memoravimus, methodis reperientibus, quæ verò secundum totius substantiæ proprietatem, perficiuntur sola experientia; & de his ostensum est, quod deleteriæ sint, & deleteriarum alexiterem, & purga-*

Galen. lib. 6. de simp. facult.

gatoriæ; nam has ex ratione invenire est impossibile. Hoc Galeno visum fuit de illo, quod ita clarum, & manifestum videtur Fratri Impugnatori: ô felix Impugnator! ô! ingenium elevatum; cui data est occultorum aliis, manifestissima, & comprehensiva cognitio!

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. *Virg. lib. 3. Georg.*

30. Ad vltimam consequentiam, quam infert: scilicet, ergó qualitates occultæ carent omni probabilitate, sicut tenebræ in conspectu lucis; sese offert dubitandum, quid est tenebras carère probabilitate in conspectu lucis? fortasse voluit dicere Fr. Impugnator, habere tantam contrarietatem; & incompatibilitatem, vt nequeant esse simul: cum ex Philosopho *contraria sint, quæ ab eodem subiecto mutuo se expellunt, & maximè distant.* *Aristot.* Nam alioqui esset Impugnatoris deliramentum asserere non esse probabiles entitates tangibiles, quas nullus hucusque dixit esse probabiles, cum evidentes sensibus patefiant: *nam probabile est opinativum cum formidine alterius partis*, quod evidenti opponitur. *Dominus Tapio ubi suprà.*

4. Pro-

§.21. fol.4. Impugnatoris.

4. Probare contendit Impugnator suam concluſ. fol. 4. §. 21. Sic: *tunc aliqua cauſa eſt manifeſta, quando effectus ſenſibilis, & phyſicus proportionatur cum cauſa, & non excedit virtutem cauſæ; ſed effectus veneni, & aliarum, quæ dicuntur qualitates occultæ, non excedunt virtutem ſuæ cauſæ: ergò ſunt manifeſtæ: maior eſt certa, & minor probatur; effectus productus ab arſenico eſt intenſus calor, vt dictum eſt, & ſic de opio producente intenſam frigiditatem, & non excedit; quia arſenicus calidiſsimus eſt, & opium frigidiſsimum.* Ita Impugnator.

31. Pro cuius probationis reſponſione, iterum admoneo, Fr. Impugnatorem malè intellexiſſe, venena eſſe qualitates occultas, vt ſupra notavi: qui tanta pollet notitia, rerumque manifeſtatione, & claritate, ſic hallucinatur? de hoc infrá, cum definitionem veneni traditam ab Fr. Impugnatore attingam.

32. Ad probationem videtur diſtinguenda maior; tunc aliqua cauſa eſt manifeſta, quando effectus ſenſibilis, & phyſicus proportionatur cum cauſa, & non excedit virtutem cauſæ, quando talis effectus eſt tangibilis proportionatus, & cog-

cognoscibilis tam à priori, quam á posteriori, concedo maiorem; quando tantum est sensibilis effective, & á posteriori, nego maiorem; ob quod Phylosophus *dicet omnem nostram cognitionem, incipere à sensu.* Et cum multoties incipiat à sensu, per effectum cognitum, sine cognitione causæ, inde est, &c. de productione autem intensi caloris ab arsenico, & frigiditatis intensæ, ab opio, nego suppositum; quia ab opio, & arsenico vt medicamentis, aut entibus potẽtialibus dimanat à tota substãtia qualitas deleteria, à qua modo occulto, & elevatiori operantur talia entia, non vero perse, & immediatè; qua modificatis multoties primis qualitatibus sinè intensæ qualitatis productione, hoc evenire potest, vt constat in febre pestilenti, & maligna, quæ in omnium sententia per pestilentem, & malignam qualitatem in esse talis, constituitur; & cum in hac febre, & alijs, vt vitam deleat necessarium non foret intensissimum producere calorem, salvatur essentia malignitatis, & venenosæ production is, sine productione intensæ qualitatis (vt iudicabat Impugnator.) Hæc doctrina est Galeni lib. *Aristot.*

9. Methodi cap. 4. fol. 1215. *Quoniam autem, nec in hoc, neque in lotio, nec in ipsa caloris qualitate iudicium aliquod humorum putrescentium apparuit.* Tùm etiam lib. 3. de præsag. ex pulsibus cap. 3. §. *Sanè videtur*, &c.

33. Comprobat etiam meum assensum Avicena fen. 1. 4. tract. 4. cap. 2. de signis febris pestilentis : *Et quandoque est de febribus pestilentibus, in qua non percipit æger, nec tangens propinquus multitudinem caloris; & non alteratur pulsus aliqua magna alteratione, & cum hoc ipsa est interficiens velociter, & hæsitant Medici in esse eius.* O mihi æstimanda magni Principis Verba, vt talem consequentiam inferre posim! ergò potest dari febris maligna, seu pestilens, in qua caloris qualitas non mutetur in esse qualitatis intensæ; nec pulsus; & quod hæc febris velociter interficiat: ergó sinè productione intensioris caloris stat venenosa, & pestilens qualitas, quæ non petit producere talem calorem intensum, [vt de arsenico dicebat Fr. Impugnator; Et de opio producente intensam frigiditatem:] ergò invariato calore stat effectus veneni per suam occultam qualitatem modificantis calorem, eumque in linea

Avicena. fen. 1. 4. tract. 4. cap. 2.

linea qualitatis relinquens in eàdem intensione; licet variatum in esse instrumenti, vt pote elicientem operationes viventi incompossibiles, & vitæ omnino destructivas, quod non evenisset, si calor in linea instrumenti non elevaretur, relicto que in esse qualitatis in intensione, qua gaudebat in naturali statu. Si veró daretur calor intensior, & adauctus pulsus magna alteratione mutaretur, frequentiam que celeritatem, & crebritatem poneret, vt satisfaceret fini attemperationis à corde exactæ, intensum illum calorem sufferre nequeunte.

34. Recurrat ergò Impugnator sua maxima claritate ad illa vltima verba Avicenæ: *Et hæsitant Medici in esse eius.* Quod alteris tribuit ansam dubitandi, & hæsitandi, Impugnatori tam clarè manifestatur, & ab ipso tanta luce percipitur? O fælices ægrotantes, si à tanto viro, occulta nulla habenti, medicamina vobis applicentur!

5. Eandem conclusionem Impugnator probare contendit; ita: *Causa, quæ primariò est determinata ad vnum, clarius cognoscitur per effectum, quam, quæ est indifferens* §.22.fol.4. Impugnatoris.

rens ad plura, ſed calidum vel frigidum, ſunt determinata ad vnum, quia ſunt cauſæ vnivocæ: ergò per effectus clariùs cognoſcitur cauſa, ſcilicet arſenium, & opium, quæ ſunt venena: maior eſt certa, & minor etiam, nam cauſæ æquivocæ, cum contineant plura virtualiter, effectus non aſsimilatur numquam ſuæ cauſæ, & per conſequens intellectus numquam poteſt per effectum menſurare perfectè virtutem totalem cauſæ equivocæ: Hæc Fr. Impugnator dicto ſuo §. 22. fol. 4.

35. Prò reſponſione dico, quod quælibet cauſa cognoſcitur clarè, aut à priori, aut à poſteriori; ad probationem minoris, ſcilicet calorem eſſe cauſam vnivocam, diſtinguo, pro vt calor qualitas eſt nego minorẽ; pro vt eſt inſtrumentum elevatum à cauſa principali concedo minorem. Cauſa verò vnivoca, & aſsimilativa ſibi effectus, eſt cauſa principalis; v. g. homo generans hominem medio calore, aſſimilat ſibi paſſum, quia vtitur calore inſtrumentaliter efficienter attingente alterius hominis generationem; ſed aſsimilatio reffunditur, in agens principale, vi cuius elevatus fuit calor accidentaliter aſsimilans in eſſe inſtrumenti; quod cla-
riſ-

risśimè constat in sole, & hepate, vt sunt causæ æquivocæ; sol vnico calore virtualiter que multiplici producit suos effectus, & tamen, cum causa equivoca sit, calor non asśimilat effectum, neque jecori eodẽque calore producenti omnes quatuor homores specie distinctos, datur à calore asśimilatio : ergò calor, vt calor, nequit esse causa vnivoca asśimilativa; sed respectu suæ causæ elevantis calorem in esse instrumenti, [cùm sermo sit de causa principali.]

36. Hoc iterum potest comprobari hoc modo : si calor vt calor esset causa asśimilativa, & vnivoca, vt calor, vbi datur maior calor daretur maior asśimilatio; sed non ita : ergó; probatur minor; asśimilatio debita enti naturali per nutritionem fit à calore; sed quando datur intensior calor datur minor naturalis asśimilatio naturalis in subiecto nutriendo : vt constat infebre hæctica; in qua datur intensior calor, & destruitur asśimilationis finis ab isto calore, quia in esse instrumenti non proportionatur cum principio, aut agente ipsum calorem elevante, & proportionante; vt talis ponatur asśimilatio : ergò accidens v. g. calor, vt calor

lor non eſt cauſa per ſe aſsimilativa, & vnivoca: ſed illud vtens tali calore vt inſtrumento, vt effectum ſibi aſsimilari clarè cognoſcatur. Ideoque, ignis eſt aſsimilativus alterius ignis, quia ignis habet principaliorem virtutem elevandi ſuum calorem, vt ab ipſo igne alter poſsit ignis produci, & aſsimilari.

§.32.fol.5. Impugnatoris. Impugnator progreditur vltra fol. 5. §. 23. inquo ita ſcribit.

II. CONCLUSIO.

Tam venena, alexipharmaca, & medicamenta purgantia operantur manifeſtè, ſivè coagulando, ſivè rarefaciendo.

IN hac ſecunda concluſione aliqua notat, vt oſtendat, ſe artis ſpargiricæ; ſivè ſeparatoriæ, notitiam habere; Et

§. 25. Impugnatoris. aſſerit mixtum componi ex 5. ſcilicet: *Spiritu, ſale, terra, & aqua, & ſulphure.* Quæ quidem pro ſua ſententia principia inter ſe compaginata (ita ipſe ait) tribuunt entiphyſico eſſe naturale pro ſuis operationibus obeundis quod cõprobare ſibi videtur, ex Hipocrate lib. de Veteri Medici-

nã per hæc verba : *atque hæc quidem iusta, ac iuxta se temperata, neque conspicua sunt, neque hominem lædunt, vbi verò quid horum secretum fuerit, atque ipsum in se ipso fuerit, tunc est conspicuum hominem lædere.*

37. Pró intelligentia eorum, quæ ponuntur, dicat, & ostendat mihi Fr. Impugnator, (relicta arte separatoria in sua probabilitate) si talia â se proposita nempe spiritus, sal, terra, aqua & sulphur tribuunt en ti physico esse naturale prò suis operationibus obeundis; ad quid forma substantialis in subiecto ? nam si, *Vnum quodque operatur in quantum est in actu per formam substantialem* : ergó forma substantialis est principium radicale omnium operationum naturalium, licèt alia [dicta principia ab Impugnatore) se habeant in linea principij materialis determinantis formam pró tali, vel tali qualitatum productione; vt communiter dicitur in Doctrina Thomistica asserente mixti formam esse indiferentem; indigère que principio determinativo ipsius formæ indiferentiam tollente; quod determinativum constituitur (in hac nostra sententia) ex partibus materialibus ele- *Aristot.*

men-

mentialibus, ex quibus ſi detur exceſſus calidi elementi materiæ, datur exceſſus caloris producti, vt patet in hæctica, & alijs, in quibus ob exceſſum partium materialium, forma cogitur, & determinatur, vt qualitates tali determinativo correſpondentes producat.

38. Hæc tamen productio non provenit á principio extrinſeco determinãte, ſed, à principio intrinſeco, nempe ab ipſa forma; materiale verò temperamentum, [ita dictum, vt diſtinguatur à qualitativo] ſolum ſe habet in linea principij determinativi, non verò principij effectivi, in quam ſententiam incidit Fr. Impugnator §. 26. fol. 6. per hæc verba *in recta permixtione, alter ab altero moderatur, vt ponatur debita conſiſtentia, modus ſubſtantiæ, & temperamentum ſubſtantiale* : Et tandem ex Doctrina Thomæ Vvillis dicit : *ex quibus reſultat debita textura, & configuratio pro operationibus ipſi debitis.* Ergò conſtituunt hæ ſubſtantiæ à Fr. Impugnatore aſsignatæ temperamentum ſubſtantiale pró operationibus, non eliciendis à temperamento, ſeu configuratione, ſed à forma ſubſtantiali, quæ in mixto eſt principium radi-

radicale omnium operationum. Hoc in Gymnaſio didici; hoc in codicibus ſcriptum habeo: cum alijs vocibus vtaris, quid novi mihi demonſtras Frater Impugnator?

Ulteriùs intendit Fr. Impugnator ſuam probare concluſionem § 27. fol. 6. authoritate eàdem, (qua ego meam concluſionem in primo tractatu, fulcire ſattagebam) Angelici mei Præceptoris opuſculo 34. *De occultis operationibus naturæ* hæc ſunt verba Sancti Doctoris: *Et quod quædam medicinæ quoſdam determinatos humores purgent, & à determinatis corporis partibus: oportet igitur tales actiones in altiora principia reducere.* §.27.fol.9. Impugnatoris.

39. Pro huius Textus explicatione §. 27. ſic ait Fr. Impugnator infero 2. ex hac authoritate, eſſe duplex principium, aliud altioris ordinis, aliud inferioris ordinis: inferioris ordinis ſunt accidentia activa terminantia motum ad *quantitatem*, *qualitatem*, & *vbi*: altioris ordinis principia ſunt, quæ propter ſuam potentem authoritatem ſubſtantialem, terminant, ſeu producunt mirabiles effectus, qui nequeunt provenire ab accidentibus, vt clarè teſ-

tatur ab Hipocrate lib. de Veteri Medicina : *Non enim calidum est, quod magnam vim habet; sed acerbum ipsum, & fluidum, & alia, quæ à me rellata sunt ; tunc in homine tunc extra hominem.* Et infrà eodem lib. Hip. ait : *fortissimum est inter dulcia dulcissimum; inter amara amarissimum, inter acida, acidissimum.*

Ex quibus verbis deducit Fr. Impugnator hæc esse principia altiora, quæ ab Ang. meo Præcept. explicantur; illique non fuisse occulta (vt credo) & postea ita dicit; videatur Ang. Doct. 3. metheor. tract. 3. cap. 1. lect. 9.

40. Antequam respondeam huic suæ probationi, admoneo Fr. Impugnatorem, ne Sanctorum Doctorum authoritates, nec illarum verba pervertere audeat; & præcipuè quando sensus verborum mutatur; Angelicus enim Præceptor dicit : *In altiora principia reducere.* Et Frater Impugnator ponit, *per altiora principia reducere.* Et cum ly *per* explicet medium per quod, v. g. *Pompeius Frumentum omne per equites comportaverat.* Non potest explicare terminum *ad quem.* Vt illud Ecclesiæ : *Deducant te Angeli in Civitatem Sanctam Hyerusa-*

Sensus Anagogicus. Sac. Script.

rusalem. Nempè in æternam gloriam, in Patriam veram rationalis creaturæ, tam quam ad terminum *ad quem* vel *in quem.*

41. Legaliter ergò (vt debet) prollata, N. Ang. Præcept. authoritate ex opuſculo 34. *de occultis operationibus naturæ; ad quemdam Militem.* fol. mihi 284 infine: voco Impugnatorem, vt patefaciat ſua præſumpta claritate, quid manifeſtum dicat Angelicus Præceptor illis verbis ſui tituli; *De occultis operationibus naturæ?* Si verò Doctor Angelicus, ſua ab Spiritu Sancto ſcientia communicata tales operationes occultas vocat; quid faciam ego miſer Peccator, quem plurima, præ cognitionis exiguitate, & notitiæ obſcuritate, ſubterfugiunt? Angelicus Doctor tales operationes occultas vocat, quoad nos, & ex ipſo didici (cuius opera adhuc mecum retineo) improbabilem dicis meam opinionem, in me inveheris, convitijs que preſequeris, vt ea nil vtilitatis Scholaſticis ſim allaturus, ſed ex ea lux cum tenebris miſceatur, & claritas cum obſcuritate confundatur? quia occultas voco tales naturæ

S. Thomas Opuſc. 34.

operationes, & ex hoc dicis, me cum alijs fuiſſe ignorantia oppræſſum? Angelice mi Pater, obmuteſcere fac calumniatorem tuo titulo. *De occultis operationibus naturæ.*

42. Ex quo Opuſculi titulo, & Doctrina in eo contenta deſumpſi reſponſionem, per ipſius Ang. Doctoris verba, quæ eodem Opuſculo ita proſequuntur: *Quæ cumque igitur actiones, & motus elementatorum corporum ſunt ſecundùm virtutem, & proprietatem elementorum, ex quibus talia corpora componuntur; tales autem actiones, & motus, habent manifeſtam originem, de qua nulla emergit dubitatio.* Ex quo infero: ergò præter has operationes quæ manifeſtam habent originem, dantur aliæ in hoc Opuſculo, quarum manifeſta non ſit origo: ergó talis origo erit occulta; ergó non eſt mea ſententia improbabilis, vt cenſet libenter Fr. Impugnator.

S. Thomas Opuſc. 34. de occultis oper. nat.

43. Proſequitur Ang. Doctor, Sic: *Sunt autem quædam operationes talium corporum, quæ à virtutibus elementorum cauſari non poſſunt; puta, quod magnes atrahit ferrum, & quod quædam medicinæ quoſdam determinatos humores purgant, & à determina-*

Ang. Doct. vbi ſuprá.

tis corporis partibus , oportet igitur tales actiones in altiora principia reducere. Hæc ſunt verba , quæ vt meam fulcirem concluſionem in primo meo tractatu appoſſui ; & ſententiam hiſce verbis munitam , vocat Fr. Impugnator improbabilem , & alijs convitijs exornat , vt conſtat in ſua prælocutione Lectori.

Proſequitur Baccalaurus D. Michael Melero vbi ſuprà §. 27. *Infero ſecundo ex hac poſsita authoritate, duplex eſſe principium. Aliud inferioris ordinis ; aliud ſuperioris ordinis ; inferioris ordinis ſunt accidentia activa terminantia motum , &c.* (Lege ſupra §. 27. Impugnatoris.) Subdit que Melero poſt hæc exclamans poſt principia allata , nempè ; *Fortiſsimum eſt inter dulcia dulciſsimum , & inter amara amariſsimum , & inter acida aciliſsimum ; & in omnibus rebus vigor ipſe ad ſummum ; hæc enim , & in homine ineſſe viderunt , & hominem lædere ; Hip. lib. de veteri Medicina fol. 12.* (ita Melero) qui ſic exclamat : *Hæc ſunt principia altiora , hæc ſunt , quæ explicantur ab Ang. Doctore , quia cognovit media , quibus conficiuntur metalla , quæ aſsignantur vt ſeptem , & primum eſt aurum : ergò ſi Ang. Præceptor cognovit* §. 27. Impugnat.

novit hæc altiora principia , *Angelico Doctori non fuerunt occultæ qualitates* *Videatur loco iam citato 3. Metheor. tract. 3. cap. 1. lect 9.*

Iterum ſubdit Fr. Impugnator §. 28.

§. 28. Impugnatoris. *Si dicas quod hæc principia altiora aſsignata, ſunt qualitates ſecundæ, quia qualitates ſecundæ non ſunt occultæ, habeo intentum.* Hucuſque Melero.

44. O ! quam facilè ſibi ſuadet habere intentum ! audiat nunc : in primis dico hæc altiora principia non eſſe ſecundas qualitates, nec eſſe *inter dulcia, dulciſsima, & inter amara, amariſsima, &c.* Ob quod principia ſuperiora á Sanct. Thoma allata, audiat, & videbit non eſſe illa, quæ ſibi facilè perſuadere non dubitat. Ang. Doctor eodem Opuſculo 34.

Ang. Doct. Opuſc. 34. dicto. Sic ait : *Eſt autem conſiderandum, quod aliquod agens inferius ſecundùm ſuperioris agentis virtutem dupliciter agit, vel movetur ; vno modo in quantum actio procedit ab eo ſecundum formam, vel virtutem ſibi impræſſam à ſuperiori agenti, ſicut Luna illuminata per lumen à ſole receptum : alio modo agit per ſolam virtutem ſuperioris agentis, nulla forma recepta, ad agendum, ſed per ſolum motum à ſuperiori agente movetur.* Et infrá ſubdit. *Superiora*

etiam

etiam agentia, quæ naturam elementatorum, & elementorum excedunt, sunt non solum corpora cælestia, sed etiam superiores substantiæ separatæ.

45. Ex quibus verbis sic insurgo: ergò principia altiora, in quæ tales operationes suprà dictæ, [nempe atractio ferri à magnete, & quod medicinæ atrahant determinatos humores à determinatis corporis partibus,] non sunt exmente Sancti Thomæ *Acidissimum, dulcissimum, amarissimum*, vt Fr. Impugnator libenter voluit à S. Doct. dici talia principia superiora; sed sunt virtutes astrorum, in quantum actio procedit ab eo principio secundum formam, vel virtutem sibi impræssam à superiori agente: hæc sunt altiora principia à meo Angelico Præceptore asignata; & cum eorum operationes elevent agentia inferiora per virtutem ipsius agentis superioris, inde est, quod virtus, sivè qualitas productiva efficienter proximè, non sit aliqua cognita, & evidens virtus, seu qualitas; & ideo articulus Sancti in suo titulo facit iterum te obmutescere. *De occultis operationibus naturæ.* Hæc sunt principia altiora, non verò,

quæ,

quæ, ita liberè ab ipso Impugnatore menti Ang. Præceptoris adaptantur.

Vlterius idem Fr. Impugnator eodem §. 28. ita: *Si dicas, quod Angelicus Præceptor intellexit per altiora principia influentiam planetarum, vt constat ex 3. metheor. tract. 3. cap. iam citato; & hic influxus est occultus; dico, quod occultum sumitur pro opinativo, quatenus modus communicandi suos efluvios ab astris non est evidens; cæterum tam venena, quàm alexi pharmaca, & medicamenta purgantia, & reliqua, quæ denominantur occulta, positain his inferioribus cognoscuntur clarè, & distinctè.* Hæc D. Michael Melero.

§. 28. Impugnatoris fol. 6.

46. Huic argumento videtur ita posse responderi, primo, quod *per altiora principia*, vtique, dico debere exmente Ang. Doctoris nostri colligi, esse virtutes planetarum; neque veró vt taliter intelligatur, est necesse recurrere ad lib. 3. Metheor. tract. 3. cum in eodem Opusculo 34. suprâ rellato sit sufficiens Doctrina. Ad expositionem *de opinativo, & occulto* prò eodem intellectis; dico, quod est etiam liber admodùm talis modus dicendi, cum ex littera Sancti Doctoris explicatum sit, quid sit intelligẽdum

dum per ly *altiora principia*; & cum non constet talis explicatio in littera Sancti, nullo modo adhærere decrevi dictis Fratris Impugnatoris; sed potius sententiam S. Doctoris firmiter amplecti: ad illud quod supra dicit, nempe; *Si dicas quod altiora principia hæc sunt secundæ qualitates, Respondeo; quod habeo intentum* (ait Melero.) Sed ego respondeo; quód si ille responderet talia altiora principia esse qualitates secundas; mihi, nec per somnium tale deliramentum in mentem venit; ex quo sibi suadebat, quod respondere poteram altiora principia esse qualitates secundas, si verò primis vt activis hoc non concedo, quomodo secundis concedere, sibi videbatur? nec credere potero talem nugacitatem ab aliquo responderi posse, cum in sententia omnium secundæ qualitates operativæ non sint: & idem asserit Fr. Impugnator; quem rogo memorari huius Doctrinæ dicendi modum quia sibi opus est; vt infra videbit.

Amplius volens suam stabilire conclusionem fol. 7. §. 29. Frater Impugnator apponit quadruplex experimentum: *Primam aquæ fortis, quæ componitur ex acidissi-* §.7.fol.29. Impugnatoris.

 mis

mis sulphureis, quæ applicata argento, dissolvitur, & liquidum reddit, & dicit, *hoc evenire per motum rarefactionis, intrusa substantia acida in porositatibus argenti. Secũdum experimentum est de sanguine coagulato in vase, qui disolvitur sale armoniaco, vel communi* : *ergò venena* [ait] *clarè operantur dissolvendo.*

Tertium adducit *experimentum lactis, quod & si sit recenter mulctum, si misceatur ei Spiritus nitri, vel coaguli, condensatur, & si coagulum, vel nitrum, sint actu calida. Quartum experimentum est opij supra citati, vbi ponit,* ex *Avicen. supra citat. asserente ingrosare sanguinem*; ex quibus infert : *ergò fatendum est venena clarè operari, sivè dissolvendo, sivè coagulando, &c.* (Et prosequitur) *alexiplarmaca, cum contrarientur talibus venenis, quidquid de istis dicitur nocendo, intelligitur de illis auxiliando*; Hæc Dominus Melero.

Prosequitur tamen in §. 31. sic : *& obiter dicimus, quòd medicamenta purgantia, quasi omnia operãtur dissolvendo, quia inferè omnibus medica mentis purgantibus, prædominatur acidum disolvens; & simul irritando*, [apponit que diversa medicamenta determinatos humores, & à determinatis partibus purgantia. Hucusque Impugnator.]

46.Sup-

47. Suppono talia experimenta; ad quæ mihi viſſum eſt reſpondere, talia entia habere, vel adquirere ratione diſpoſitionum ab arte poſitarum; formam exigentem talem productionem, ratione alicuius virtutis à cæleſtibus corporibus tali formæ comunicatæ, vt poſsit talem coagulationem, ſive rarefactionem, tam magnam producere, quod ab alijs entitatibus, ſeu mixtis gaudentibus primis, & ſecundis qualitatibus à prædominio tales effectus in tali intenſione cauſari nequirent; quod idem contigit in alexipharmacis, & antigalicis, ratione ſuæ proprietatis, & occultæ virtutis nobis à priori non cognitis; & ſicut Impugnatori libet, illum modum dicendi ſequi, mihi libet ſimiliter, iſtum, vt probabiliorem, non reſpuere.

48. Ad Uerba Avic. aſſerentis, venena alia coagulare, aliaque diſſolvere, reſpondeo; hunc eſſe effectum ſecundarium operationis inductæ à qualitate occulta operativa in veneno exiſtente, quia raritas, denſitas, & aliæ qualitates huiuſmodi, ſunt ſecundæ qualitates ſequutæ ad primas: qua ergò ratione veneni forma

 ponat

ponat] talem alterationem, vt ſequatur tanta raritas, aut denſitas, vel à qua manifeſta qualitate producatur; non eſt admodum facilè aſignari; cum manifeſtis entitatibus, licet á prædominio calidis, aut frigidis, talis mirabilis effectus non correſpondeat; facilè enim dicitur, venena alia coagulare; alia que diſſol vere; quo ergò pacto hæc magna diſolutio, aut coagulatio efficiatur; hoc opus, hic labor. Virg. 3. Æneid.

Virg. 3. Æneid.

Tros Anchiſiade facilis deſcenſus Averni;
Noctes atque dies patet atrij janua Ditis;
Sed revocare gradum ſuperaſque evadere adauras
Hoc opus; hic labor eſt.

49. O quam facilè tibi paras iter in rebus naturæ aſtruſiſsimis inquirendis; artis que Chymiæ principijs initeris, ac ſi nulla in talibus operationibus eſſet dificultas; magna quidem eſt, & quamvis multo tempore talibus operationibus laboretur; eius tamen perfecta cognitio naturale lumen ſubterfugit; nec mea ſunt verba.

50. Audipræcor Sanct. Alb. Magn. An-

Angel. Doct nost. Magist. & omnium disciplinarum apice à Deo elevatum, qui sic fatur 3. lib. cui titulus est de Alchymia tom. 21. in præfatione : *Tamen perseveravi studendo, meditando, laborando, in operibus eiusdem, quo usque, quod quærebam inveni, non ex mea scientia, sed Spiritu Sancti gratia; vnde cùm saperem, & intelligerem, quod naturam superaret, diligentius vigilare cæpi in decoctionibus, & sublimationibus, & solutionibus, &c.* Ergò si Sanct. Alb. Mag. indiguisse fatetur, scientia supernaturali ab Spiritu Sancto communicata, vt sciret multa huius artis, quæ naturam eius superabant : ergó aliqua sunt, quæ naturam superent, & nequeant cognosci à priori, sed per suos effectus; ex cuius Sanct. Doct. Doctrina satis constat non esse ita certas disolutiones, condensàtiones, coagulationes, vt credit sibi Impugnator; multæ enim nos fallere possunt, ex his operationibus; ideoque non debemus illis ita firmiter adhærère, sed remanère cum formidine alterius partis, vt ad summum probabiles sint tales operationes existimandæ.

S. Albert. Mag. tom. 21. lib. de Alchymia.

51. Vt Impugnator credat harum

ope-

operationum in securitati, audiat Sanct. Albert. Mag. vbi sup. tit. sequēt. *De huius artis diversis erroribus.* Ecce verba: *Nunc autem qualiter ad tanti operis laborem accedere de beatis, in hoc meo Opusculo brebiter, & simpliciter vos informabo; ostendam tandem vobis primo omnes deviationes, & errores, & offendicula huius artis, in quibus multi, & ferè omnes errant; vidi enim quosdam, qui cum magna diligentia quasdam sublimationes faciebant, & vlterius procedere non valebant, quia fundamentum non habebant: Vidi & alios bonum principium habentes, sed propter nimiam potationem, & alias vanitates opus facere non valebant.* [Et sic sequitur de quasi innumeris huius artis erroribus;] ex qua doctrina infero: ergó si ita difficiles sunt istæ Alchymiæ operationes, (& similiter de Chymia est:] ergò effectus producti, vel producendi medijs illis sunt maximè fallaces; & propter hoc, istius artis operationibus non tanta fides adhibenda est, ac si essent evidentia principia, quæ operarentur clarè, & manifestè; ex quibus rationibus appono versus eosdem, quos posuit Sanct. Albert. Magn. Vbi supra.

Cum

Cum labor in damno est, crescit mortales egestas;
Multa licèt sapias re sinè, nullus eris.

52. Si vero medicamenta purgantia operantur disolvendo respondeat frater Impugnator huic obiectioni: Pharmacum solutivum non operatur disolvendo manifestè; ergó alio modo operatur. Probatur antecedens Pharmacum solutivum est agens necessarium necessariò operans, oblato impedimento, tam ex parte agentis, quam ex parte passi; sed his positis circunstantijs, pharmacum solutivum non operatur disolvēdo: ergó, &c. Probatur minor: si operaretur disolvendo, vt agens naturale necessarium, applicatum, & non impeditum debebat operari in passum immediatè sibi applicatum, (quod est de ratione agentis necessarij) sed ita non operatur: ergò, &c. Probo minorem; dantur plura pharmaca solutiva atrahētia determinatos humores, & ab diversis, & distantibs corporis partibus; sed hæc non dissolvunt, nec atrahunt humores immediatè applicatos, sed à se remotos: ergò pharmaca non operantur manifestè disolvendo: ergò operantur diverso modo

per

per virtutem occultam, in altiora principia reducendam. Maior est Divi Thomæ; authoritate suprà allata ex Opus. 34. *De occultis operat. naturæ.* Eandemque Doctrinam apposuit Impugnatur in suo §. 31. Vbi assignat aliqua medicamenta determinatos humores, à determinatis partibus corporis, purgantia. Minor etiam est Doctrina Angel. Doct. quem in hac parte sequitur Impugnator, consequentia autem infertur: ergò habeo intentum; vel redde syllogismi defectum.

Nititur autem Frater Impugnator suam Doctrinam suadere ex Hyp. lib. de Veter. Medicina vbi reffert, Principia dulcia, amara, accuta, & acida magnam vim habere ad operandum, ex quo sibi libuit aserere esse principia superioris ordinis; quod iam esse falsum suprà diximus, ex authoritate Divi Thomæ talia explicantis superiora principia.

53. Verum enim verò, & si hæc Doctrina Hyp. lib de Vet. Med. talia afferat, non autem intelligenda sunt principia superiora; cum priùs alijs nominibus lib. de Natura Humana fol. 31. Eadem proferat de humoribus, qui vt principia

Hypoc. lib. de Vet. Med. & lib. de Nat. Hum. fol. 31.

cipia ſuperiora, intelligendi non ſunt: ecce Principis verba: *At verò corpus hominis habet in ſe ipſo ſanguinem, & pituitam, & duplicem bilem; flavam, videlicet & nigram; atque ſunt ipſi corporis natura; & per hæc Ægrotat, & Sanus eſt. Sanus equidem maximè eſt vbi temperamentum in ſe habuerint moderatum, tum facultate, tum copia, & vbi maximè fuerint permixta: Ægrotat autem, cùm horum quid minus, aut ampliùs fuerit, aut ſeparatur in corpore, & non fuerit reliquis omnibus contemperatum, neceſſè eſt enim; cùm quid horum ſecretum fuerit, non ſolùm illum locum, Vndè ſeceſsit, morbidum fieri, ſed etiam eum, in quo ſtat, & in quem propter nimiam copiam diffuſum eſt; dolore, ac morbo vexari.* Hæc Hypocrates.

54. Videat ergò Principis Senioris Verba Frater Impugnator, attendat ſedulò, manifeſtèque conſpiciet, Hyp. idem ſentire, aut explicare de illis principiis ab Impugnatore, ſuperioribus intellectis, quam de humoribus, in quibus dantur; ſalſum, amarum, dulce, acerbum, ponticum, & alia multa, quæ ac ſi eſſent iam oblibioni tradita videtur Impugnatori ſuſcitaviſſe; dum dicit hæc

Hyp. lib. de Vet. Med. fol. 12. Sed rogo te, ostendas in his, quid novitatis afferas, quæ lib. de Nat. Hum. ab ipso Hyp. iam dicta remanserunt eijsdem ferè Uerbis: ergò si per te, acidum, amarum, dulce, acerbum in se benè permixta fuerint, & temperata, dabitur sanitas, è contra, morbus; idem fateor, si sanguis dulcis, si bilis amara, si melancholia acerba, &c. eodem modo se habuerint, & benè permixta fuerint, dabitur sanitas, è contra verò, morbus, sinè eo, quod affectantur vt superiora principia; *Atque per hæc Ægrotat, & Sanus est.* Vt dicit Hypocrates; ecce sinè illis verborum ambagibus, dātur humores gaudentes talibus qualitatibus assignatis, & à te, vt principia superiora apponūntur, (ac si esset aliquid nunquam auditum) ecce demonstravi tibi Doctrinam, quam multi tecum superiorē esse censent, (*& de canto de Orgno*) nobis est ita clara (*vt de canto llano.*)

55. Supra Verò cum dixerim principia ab Impugnatore, superioris ordinis existimata, se habere in genere causæ materialis, & substantialis temperamenti determinantis formam ad operationes elicien-

ciendas; restat hoc assumptum probare, quod facio auctoritate Avicennæ lib. 1. fen. 1. doct. 4. cap. 4 de qualitate generationis humorum fol. mihi. 29. *Efficiens verò choleræ rubeæ causa est igneus calor superfluus, & propriè in hepate; & eius causa materialis est, quod de nutrientibus est subtile, calidum, dulce, & unctuosum, & accutum, &c.* Et infrà explicans generationem melancoliæ, ait: *Et eius causa materialis, est, quod, de nutrientibus est vehementer grossum, paucæ humiditatis, & eorum calidum est fortius in isto.* Vnde rogo intulerit Frater Impugnator hæc principia esse superioris ordinis? *Avic. lib. 1. fen. 1. Doct. 4 cap. 4.*

56. Cum verò tales entitates sint qualitates secundæ secutæ ad formam mixti, (cuius proprietates, accidentales sunt) vtpote constituentes tertium genus divisionis accidentalis (quod in Dialectica docetur) nempè subiecti in accidentia; accidentis in subiectum; & accidentis in accidens, vt album, aliud dulce, & aliud amarum, & aliud salsum, & aliud acutum, &c. Ex quo infero, talia non solum non esse principia activa superioris Ordinis, sed nullo modo esse operativa, cum se habeant in genere causæ materialis, cui

omnis denegatur operatio (vt infrá probabo contra Fratrem Impugnatorem.)

Hypocrat. lib. de Nat. Hum.

57. Quod autem ex Hypocratis verbis, loco suprà citato, lib. de Natura Humana, infertur, eſt, quod ſi detur temperamentum in ſubſtantijs, quarum iſtæ ſecundæ qualitates ſunt coevæ, conſtituunt que in genere materialis cauſæ temperamentum ſubſtantiale [ſufficiens; vt forma determinetur] benè ſint temperatæ, & refrenatæ, datur ſanitas, è contra verò, morbus ſequeretur, quod, & nos libenter clarè, & manifeſtè fatemur, quia ſi bilis v. g. redundat extrà exigentiam naturalem, datur iſtius humoris redundantia, & à cæteris humoribus ſeparatio, qua conſtituitur humor chachochymus; ſi veró omnes æqualiter augeantur pletora, aut Syndrome reperitur, cum quibus ſtare nequit ſanitas, quæ, contemperantiam, proportionem, & juſtitialem æconomiam omnium in humano corpore requirit, vt omnibus manifeſtum eſt.

Claudit Impugnator ſecundam ſuam Concluſionem his verbis: *Et hoc ſufficiat, pro intelligentia authoritatis citatæ in princi-*

pio

pio secundæ Conclusionis Ang. mei Doct. & de his latius agemus, si opus fuerit.

Fol. veró 8. §. 32. Frater Impugnator sic scribit:

III. CONCLVSIO.

Tam venena, quam alexi pharmaca operantur à tota substantia clarè, & non occulte.

SVppono (ait) *cum Hypocrate lib. de Veteri Medicina fol. mihi 12. esse in homine, dulce, acidum, salsum, amarum, acerbum, aliàs que substantias componentes, hæc, si inter se sint temperata causant sanitatem; si verò recedant ab isto statu, constituunt hominem morbosum, &c.* (Et postea adducit eadem verba, quæ suprâ.) Fol.8.§ 32. Impugnat.

58. Cui respondeo eadem Doctrina, quam antea adducebam ex Hypocrat. lib. de Natura Humana in quo Princeps proponit idem de humoribus, tam in statu naturali, quam in statu præter naturali, in quibus dantur distinctæ qualitates secundæ, nempè, raritas, densitas, accuitas, &c. Quas probavi esse de materiali *Hip.lib.de Nat.Hum.*

res-

reſpectu operationum eliciendarum, vt cum Avicena, ſuprà.

Probare intendit hanc tertiam Concluſionem authoritate Galen. lib. 5. de facult. medic. (in proemio, quod non poſuit.) *Medicamenta alterare nata eſſe, aut vna quapiam qualitate &c. Aut tota ſui ſubſtantia.* Simili modo (proſequitur Impugnator) Avicenæ authoritate allata pro prima Concluſione: *Et ſi non appareant niſi caſus virtutis, & ſudor frigidus, & Syncopis, tunc eſt de venenis, quæ contraria ſunt homini cum tota ſubſtantia.* Hæc Impugnator fol. 8. §. 33.

59. Ex hac duplici authoritate infero contra Fratrem Impugnatorem, læſionem provenire à venenis, vt operantibus á tota ſubſtantia, media aliqua qualitate deleteria ſuperioris ordinis ad elementales, quæ quidem occulta qualitas eſt, non verò clara, & manifeſta, (vt Impugnatori placuit) propter quod explico, & dico; quod operari á tota ſubſtantia eſt effectum producere; non media aliqua prima qualitate; aut ſecunda elementali, effectivè inſtrumentaliter concurrente, ſed à ſubſtantiali principio tali, aut forma

tali,

tali prædito, vt talis operationis modus, & id, medio quo effectus attingitur, nobis non patefiat.

60. Hæc est communissima Doctrina, (quam reffutandam) adducit Doct. Petrus Michael de Heredia, de febre punticulari, quest. 2. §. *Quid senserint recentiores*; Ubi in hac Doctrina cum loquatur pro mea opinione ita: *Et cum tale principium operativum sit accidens determinatam formam sequens, à qua dimanat, seu determinatum ens substantiale; indè operatio à tota substantia dicitur, quia forma substantia rei est, multo magis compositum; vt sit propriè loquendo, operatio quædam specifica à determinata substantia, seu determinato ente promanans.* Uideatur Gal. lib. 5. simpl. ergó operari á tota substantia non est, esse substantiam per se operativam (vt placuit Impugnatori, cuius sententia infrà Impugnabitur.)

D. Pet. Michael de Heredia, de febr. punt. quest. 2.

61. Quæ Doctrina constat ex eodem Galeno, & Avicena (quos sequitur Doct. Andreas Laguna fol. 574.) distinguentibus inter alia venena, quæ elevato calore, vel frigore, effectus venenosos producunt, media virtute occulta elevante calorem moderatum v. g. aut intensum, ipsum

Andr. Lag. fol. 574.

ſum que modificando ad effectus potentiores : ergó ex Galeno, & Avicena conſtat, aliqua venena operari à tota ſubſtantia (hoc eſt à tota ſubſtantiá radicaliter includente altioris, & ſuperioris ordinis virtutem huius effectus), & non per manifeſtas qualitates elementales, vel tota ſubſtantia operante, (vt fallitur Impugnator.)

Ita Arnald. deVilla nova cap. 18. de complexion. quod eſt medicina tantum. Vbi idē aſſerit.

62. Si autem hæc Doctrina Galeni, & aliorum Principum à ratione eſſe aliena Impugnatori videatur, audiat ipſum Galen. ſecundó lib. 6. de Simpl. Medicam. facult. cap. 1. his verbis : *Ad hunc ita que modum, non tantum de abrotono, ſed de alijs quoque omnibus ſcribendum, eſt, eas quidem facultates, quæ ſunt in calefaciendo, frige faciendo, humectando, ſicando que ijs, quæſepè numero memorabumus, methodis reperientibus; quæ verò ſecundum totius ſubſtantiæ proprietatem perficiuntur; ſola experientia, & de his oſtenſſum eſt, quod deleteriæ ſint; & deleterarum alexitereæ, & purgatoriæ; nam has ex ratione invenire eſt impoſsibile.*

Gal. lib. 6. de ſimplic. med. fac. cap. 1.

63. O felix Impugnator! quid mavis? ſi quod Galeno Principi, tot que ſæculis celebrato Philoſopho doctiſsimo, im-

impoſsibile eſt cognoſci; ita tibi eſt clarum, & manifeſtum, vt dicas in prælocutione, te *hanc materiam omni caligine, & obſcuritate ſpoliaturum, & veritatem detecturum*; Ex hac, & alijs authoritatibus infrà ponendis conuictus, non eructabit tantam claritatem [quam non adſtruit] & iudico, quod Dominus Bacalaurus, & Medicus approbatus, quia ſapiens mutabit conſilium; quod erit in eius maximam vtilitatem, verba ſunt ipſius §. 58. ex ſacra pagina: *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Luc. Cap.* 22.

Progreditur vltra Impugnator fol. 8. §. 34. ſuadens ſibi, quod operari á tota ſubſtantia, eſt omnem ſubſtantialem entitatem repertam in aliquo mixto elicere talem operationem effectivè independenter ab elementalibus qualitatibus; qui modus intelligendi remanet Impugnatus in doct. Galeni, cum fateatur ipſe Galenus, per principia clara, & manifeſta talem operationem inferre, eſſe impoſsibile, ſed tantum ab experientia. fol. 8. §. 34. Impugnatoris.

63. Proponere placet definitiones veneni, quas ex proprio Marte apponit Fr. Impugnator; ſic que in dicto §. 34. proſequitur:

Ex his authoritatibus iam poterit formari deffinitio veneni, & est substantia maximè potens disolvere mixtum viventem, seu eum coagulare, (ita ille) *suprà virtutem accidentium. Alexipharmacum* [prosequitur] *est substantia maximè potens impediendi coagulationem, vel disolutionem suprà virtutem accidentium. Ecce iam* (inquit) *non carent essentiâ cognita tam venena, quam alexipharmaca, quæ quidem acomodentur proprijs nominibus, & vocibus, vt non sint occultæ, vt Author malè intendit.* Hæc Impugnator.

65. Placuit sibi diffinitionem hanc pro venenis, & alexipharmacis adstruere, cum se Doctrinam Spagyricam scire, conetur patefacere; reliquit que deffinitiones à Galeno, & alijs doctissimis Viris huius facultatis; & novas ex sua mente adaptare contendit.

Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui, &c.

Gal. lib. 3. de temp. cap. 4.

69. Non ne Frater Impugnator mala est, & in assequibilis deffinitio Galeni lib. 3. de temp. cap. 4. vbi deffiniens venenum à tota substantia, hæc verba protulit: *Quod*

Quod nulla substantiæ suæ mutata parte, sed tota integrè servata, corpus afficit, & animalis naturam corrumpit.

67. Dicat mihi nunc Frater Impugnator, & afferat, vbi nam audivit, aut legit in meo tractatu de occultis qualitatibus, me intendere venena, & alexipharmaca carere essentia cognita? non solùm dicta, sed nondum dicenda Impugnare contendis? tanto igitur vales ingenij acumine?

Quæ fieri nequeunt prorsus tentare recuses:
Ingenij debes pondus habere tui.

68. Dum tentas Impugnare nondum à me dicta vel somniata, aliquam Doctrinam afferentem scholasticis aliquid vtilitatis ostendis? certè non; si ergò in tractatu meo in examen vocavi aliquorum mixtorum, vel entitatum effectus, & operationes elicitas vi alicuius qualitatis occultæ, & virtute superioris ordinis, [vt infrà supposui,] quid? cum supponam alexipharmaca, venena, & alia similia entia esse perfectè constituta, tam phisicè, quam methaphisicè, hoc est, per genus,

 &

& differentiam, & per materiam, & formam substantialem; & quæstio præcipua in meo tractatu inquirit de qualitate concurrente suprà virtutem qualitatum elementalium, & in quod principium operatio ita ellicita debeat reduci, & cui attribui: nec me latet, multis ab hinc annis, communiter dici in Philosophia, quod *Actiones sunt suppositorum*; Quæ supposita scio vtique, esse entia completa, & perfecta; sed tamen eorum operationes, & effectus, & modus operandi, vel effectum attingendi, non omnibus eodem modo habentur; & ratio est, quia in talibus mixtis, & suppositis dantur distinctæ, formæ, distinctas proprietates ad producendum requirentes; ex quo fallitur Impugnator manifestè, cum asserat, me nominasse qualitates occultas, ipsa venena, & alexipharmaca (in quibus occultæ reperiuntur virtutes) si ergó fallitur Impugnator, quare contumeliosa illa verba in me protulit; *Vt malè intendit Aucthor.* Pessimè ipse intendit, cum falsa de me proferat.

99. Sed ne vltra procedamus: Frater Impugnator, faciamus bonam farinam;

nām; nē tot fermentis ipſa tota maſſa corrumpatur: Quomodo in Doctrina noſtri Angelici Præceptoris has ſubſtantias conſtitutas perfectè, ſe ipſis, & ſu prà accidentium virtutem, operationes valebunt efficere, effectus que producere, niſi immediatè, quod in Thomiſtica Doctrina adeò repugnat, vt à nullo ſectatore iſtius opinionis hucuſque tale dictum fuerit? fortaſsis tibi eſt addicendum, & faciendum, quod tibi libet facultas? hoc ne modo profers? *Detegam veritatem, eam que omni obſcuritate ſpoliabo?* Ne veró cenſeas in his Neothericorum opinionibus te ita eſſe ſecurum; cum eorum, & noſtra cognitio adeò limitata ſit, vt

In manibus, quæ ſunt, hæc nos vix ſcire putandū;

70. Ob quod Peripatheticorum Princeps Philoſophorum Ariſt. illa communiſsima protulit verba: *Sicut occuli noctuæ ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad maniſeſtiſsima naturæ.* Si ergò hoc modo ad naturæ manifeſtiſsima noſtra verſatur cognitio, quo modo ad abſtruſiſsima, in perceptibilia, & occulta? quæ tam facili- *Ariſtot.*

cilima Impugnatori videntur, vt toto tractatu suo intendit suadère [quod non facit] sed apparentibus, vel suo modo probabilibus Doctrinis, tanquam evidentibus contentus est.

71. Sed dato, & non concesso, quod venenum esset substantia maximè potens dissolvere, vel coagulare, restat, vt assignet, aquònam principio proveniat talis potentia, ita activa in tam exigua quantitate, & portione? (quæ virtus principij, est accidens realiter distinctum à substantia:) ergò non est ipsa, substantia immediatè supra virtutem accidentium, quæ coagulare, aut dissolvere potest.

72. Si verò respondeat, (vt debebat) substantiam redicaliter tantum dissolvere, aut coagulare, medijs potentis, & accidentibus, habeo intentum: Si veró dicat suprà virtutem accidentium substantiam operari, aberrat à Doctrina thomistica, negante operationem immediatè productivam ipsi substantiæ: ergò vtroque modo capitur Frater Impugnator, vel malè deffiniens venena, & alexipharmaca, vel devians manifestè á Doctrina mei

Ange-

Angelici Præceptoris vel contrarium afferens, sub pallio sectatoris Thomistici, (quod absit) ne dolosi animi sigillo notetur, vt in febre maligna ait Gal. lib. 6. de morb. comment. 6. cap. 15. *Homo dolosus est, qui aliud loquitur, & aliud sentit; & facilè sententiam mutat; &c.*

Gal. lib. 6. de morb. comment. 6. cap. 15.

Probat veró suam conclusionem à ratione §. 35. hoc modo: *Id, quod excedit virtutem accidentis habentis maiorem activitatem, operatur à tota substantia; sed venena excedunt calorem, qui est accidens maioris virtutis; ergò venena (& idem de alexipharmacis) operantur à tota substantia; maior videtur certa, minor est Galeni de artis medicinalis constitutione; scilicet, quod calor, sit inter accidentia potentior; & quod calor sit inferioris virtutis acidissimis, & amarissimis, constat ex Hyp. lib. de Veteri Medicina fol. mihi 12. non enim calidum est, quod magnam vim habet; sed acerbum ipsum, &c. Ergò venena operantur à tota substantia clarè, & distintè, quia cum in rebus creatis tantum inveniantur agentia accidentalia, & substantialia; exclussa accidentali causa* (nota) *non est alia præter substantialem.* Hæc Impugnator fol. 8. §. 35.

72. Huic

74. Et quia Galeni authoritatibus vti non recussat, vt suam Impugnationem fulcire valeat, audiat Impugnator, (qui se contra communissimam, & receptissimam opinionem litigatorem, & Impugnatorem ostentat) Galeni hæc verba ex libro 1. Methodi Medendi cap. 2. in Thessalum: *Quid improbe, quæ bona sunt calumniari tentas, vt multitudini placeas; cum licèret tibi in veritatis contemplatione excellere si diligens esses, & veritatis amator? num paternæ* (subdit) *artis sotios, impudentissime Thessale, iudices Medicorum statues? &c.* Nec omittam alia eiusdem Principis verba eodem que loco; fol. mihi 1030. quæ talia sunt: *Hæc enim insignis audatia sapientissimi*, (scilicet, Thessali) *est, omnes se Medicos vicisse; sed se ipso litigatore; se ipso Agoneta, se ipso iudice.*

Gal. lib. 1. meth. cap. 2.

Idem Galen. fol. 1030.

75. Non enim desidero scriptorum longitudine, aut molestia, afficere quemquam; cum enim provocatus extitero à Fratre Impugnatore, liceat alia verba amplius prosequi; præcipuè, cum non solum ego, sed & alij duo socij Doctores provocati remanserimus; ecce verba: *Post hos etiam reliquos Græcos in certamine provocasse*

Idem eodem loco citato.

cásse Rethoras, Geometras, Grammaticos, Astronomos, Philosophos, inter quos constitutus, ac lanificis elocutione vsum, censère, se omnium primum esse.

76. Fortasse videbuntur hæc verba excedere; sed vt hic scrupulus auferatur, æquilibrentur illis, quæ á Fratre Impugnatore adducuntur fol. 10. §. 42. Vbi sic fatur: *At authoritates dicimus, quod omnes fuerunt immersi ignorantia circa qualitates occultas.* Cum autem sententia mea fuisset, dari tales qualitate occultas, etiam de me asserit fuisse, & esse ignorantia immersum; quia ly *omnes* dicit rationem vniversalem, inqua omnia individua continentur & §. 50. fol. 12. & 13. ait: *Iam habes lucem; non amplius ambules in tenebris, vel redde rationem.* (Attendantur verba sequentia.)

Prosequitur Impugnator fol. 12. §. 52. hæc modestissima verba: *Attende Lector, & respice merè Galenicos hæc ignorantes, & solummodò empiricè ijs, & similibus stractis vtentes, cæca, & caliginosa obscuritate fucatos, atque opræssos suarum occultarum qualitatum idæas, sivè figmenta sequentes, quantis erroribus sint obnoxij; vel quod peius*

 est,

eſt, quod vel fugiendo laborem, vel ne videantur diſcipuli; ignorantia quieſcunt; ſed in deteriùs progredientes garrulitate, & vociferatione apud laicos ſe omnia ſcire gloriantur; & in veros proferores (quamvis contra ſuum dictamen) dentes accuunt, eorum famam, & honorem devorantes, & rumorem ſpargentes, nos in Chymicos incidiſſe, cum re vera apud Doctores honoremur hoc nomine; nam vſus chymiæ, eſt vſus puritatis medicamentorum ſeparatorum ab impuritatibus; ſed illi, vt Galenici impuritatibus medicamentorum vtuntur. Vnde cum divo Paulo dicimus: maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. 1. ad Corinthios cap. 4. Hæc Impugnator.

77. Abſit à me exclamare talia verba ab Impugnatore poſita, eo modo, quo exigebat ocaſio, ſed tantum rogo chriſtianum lectorem animum convertere; & præcipuè ad ly: *Maledicimur, & benedicimus.* Videat prudens Chriſtianus Lector huius modeſtiſsimi Viri benedictiones; *Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus.* Uideat quiſpiam omni paſsione, & affectu exutus, quomodo, quam vocat perſecutionem ſuſtinet!

78. Equi-

78. Equidem ſanctum, & iuſtum, & vtiliſsimum cenſco, homines laborare, & operationibus naturæ inveſtigandis incumbere debere; ſed quo pacto tibi metipſi, ſuades ſeparatoriæ artis ſacraria, & interiora penetraſſe, huiuſque politiſſimi exercitij cacumina tetigiſſe? nonne cum incipias laborare in, artis ſeparatoriæ aliquibus cognoſcendis, iam tibi viſſum fuerit omnibus præſtare? vt omnes ita rigorosè obiurgare audeas, ita libenter, ac ſi eſſent pueri in ſchola legere, & ſcribere addiſcentes, & te omnium Magiſtrum oſtendere non verearis? legantur iterum tua verba, & appenſſa in ſtatera invenientur magis pendère, & minus habere; pendere magis, quia magno pondere convitiorum me, & alios præmis, minus que habere, de modeſtia, (& alijs à me ſilentio mandatis.) Cumque ita prædices ſeparatoriæ artis dignitatem, & excellentiam, te rogo, vt memoria recolas exitus per medicamenta huius artis in ægritudinibus, & etiam exitus, qui ex methodica rationali medicina, methodicè, & rationaliter executa, proveniunt: vtere ergó, & vtere ſeparatoria tua arte,

&

& interim audi. Ovid. lib. 2. Epistol.

Ovid. lib. 2. Epistol.

Exitus acta probant; careat successibus, opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

79. Et cum S. Albertus Magnus vbi suprà, tot errores in huius artis manipulationibus prò medicinis conficiendis animadverterit; ex hac ratione cautè admodùm illis medicinis vtendum est; propter quod ab vsu plurimorum medicamentorum huius artis, (quorum notitia nobis occulta non est) nos abstinemus; non verò, (vt dicis) parcentes labori, & studio, vt aliquid asequamur in proximorum vtilitatem, quod nobis à te ante oculos passim obversatur.

80. Licet sine peccato irasci; liceat (ne videantur à ratione aliena, quæ provocatus scribo, quæ iratus profero, & Arist. lib. 4. Ethicorum. quæ sentienda doleo) aferre Arist. qui lib. 4. Ethicorum sic ait; *Qui namque non irascuntur, pro quibus oportet, & vt oportet, & quibus oportet, fatui sunt*: Iam ergó, quod ignorantia sim notatus à Fratre Impugnatore, nolo ab ipso fatuitatis apice designari: nam reddens rationem idem Aristo-

toteles, quare dolère, quare que irasci oporteat, (ait infrá) *Nam neque sentire, neque dolère videntur.* Sentio, & doleo, *&* *oportet contumeliam illatam repellere.* Sanctus Thomas 2.2.quest.73.art.3. vbi suprà. *S.Tho.2.2. q.73.art.3. vbi suprà.*

Probare intendit Impugnator fol. 9. §. 36. suam conclusionem à ratione sic: *Illa substantia, quæ est inutilis ad nutritionem ex naturâ sua, lædit applicata; sed venena applicata, vel producta in viventi sunt inutilia ad nutritionem: ergò à tota substantia lædunt. Si dicas* (ipse ait) *quod sunt in viventi quam plurima excrementa, quæ licet sint substantiæ inutiles ad nutritionem, & non sunt venena, dico, quod in venenis reperitur esse substantiam inutilem ad nutritionem, & posse activè, & substantialiter dissolvere mixtum vivens, vel in vivente, vel coagulare, vel recipere in se aliqua principia necessaria pro actionibus vitalibus; cum ergò in diversis venenis hoc totum reperiatur, & si necessarium fuerit maioribus exprimentis demonstrabo, in re est, quod venena operantur à tota substantia sine obscuritate.* Hæc Dominus Melero.

81. O quam pulchra probatio! non digna Impugnatore intẽdenti lumen nobis ab ipso communicandum! Respondeo tamen

tamen rubore affectus huius probationis ſolvendæ gratia,& nego maiorẽ,& minorẽ & cõſequẽtiã,& nego ſequi aliquid contra nos, aut contra alios, *quia ex nihilo nihilum ſequitur*. Quot ergó pro nutritione inutilia ſunt toto genere, quæ venena non ſint? (exceptis ſuperfluitatibus) vt docentiori ſtylo explicemur; globulus v. g. plumbeus corpori relictus, poſt vulneris inflictionem, & curationem; eſt aliquid toto genere pro nutritione ineptum; & tamen non eſt venenum: ergó nullo modo infertur, quod ex eo, quod aliqua inutilia pro nutritione habeantur, ſint venena; & operentur à tota ſubſtantia: attendat obſecro iterum operari à tota ſuſtantia non eſſe totam ſuſtantiam operari, vt ſuprà iam dixi.

82. Ad illud, quod Impugnator inducit animum, ſcilicet, quod venena præter quam quod inutilia pro nutritione cenſentur, habent in ſe eſſe ſubſtantias potentes diſolvere, vel coagulare mixtum; idem palam fateor ſed á quo principio talis activitatis potentia proveniat proximè, vt talem coagulationem, vel diſolutionem efficiant? à ſigna rationem

nem à priori. Si autem non aſsignes, (neque Galeniſtæ, & ego inter illos recurrens ad occultam qualitatem) omnes erimus immerſi ignorantia; & tu eodem laqueo caperis; vel redde genuinam rationem, & non idæas excogitatas à Neotheoricis; (idæas vocas noſtrum dicendi modum de qualitatibus, quas occultas nos, & plurimi appellamus, & tua figmenta etiam apellas) cum à priori virtus operativa talis entis nos lateat.

85. Quid ergò probare velis non capio, neque audivit aliquis huc vſque tale, quod in tua probatione aſsignas per hæc verba: cum de venenis loquereris: *Vel recipere in ſe* (ſcilicet venenum) *al qua principia neceſſaria pro actionibus vitalibus: cum ergò in diverſis venenis hoc totum reperiatur, &c.* Hæc ſunt verba Fratris Impugnatoris, pro quibus licet Philoſophum, & Medicum hoc modo aloqui, aliquibus verbis interiectis, quorum ſerie vtitur Impugnator, ſic:

84. Attende Lector, & reſpice in hunc non merè Galenicum [vt de ſeipſo colligitur] ignorare philoſophiam communiſsimam, cæca, & caliginoſa obſcuri-

tate fucatum : (nolo pluribus verbis ſuis vti, quia valdè imprudentia ſunt) ne incidam in illud, quod dicitur Proverb. 16. Prov. 16. *Ne ei ſimilis efficiaris* : Frater Impugnator advertas quæſo, quod illud, quod in ſe recipit principia neceſſaria pro operationibus vitalibus, eſt aliquid intrinſicè, ad vitæ conſervationem, & propagationem inclinatum, & naturaliter tendens, in principiorum vitalium conſervationem; ſed ſic eſt, quod illud, quod omnino eſt contra vitæ conſervationem, & principia illius (imó potius horum deſtructionem molliri natum eſt, ſicut venenum,) in ſe recipere non valet principia pro actionibus vitalibus neceſſaria, ſed potius contra ipſas actiones vitales, & principia talium actionum : ergó venenum nequit in ſe recipere principia neceſſaria pro actionibus vitalibus, quia principia neceſſaria, in ipſo recepta ſunt omninò, deſtructiva ipſius vitæ : ergò peſsimè adſtruit Impugnator talia verba in ſua probatione.

85. Ex quo infero caliginoſa obſcuritate fuiſſe fucatum, & opræſſum, cum voluerit principia nova cum antiquis, & philoſophiam [quam didicit] miſcère, &

com-

componere; quod cùm non valeat efficere, ruditates ostendit; confusionem prodit, & ex omnibus indigestam molem adstruit; sicut omnia erant in principio orbis; Vt Ovid. cecinit. 1. Methamorphoseos lect. 1. fol. mihi. 1.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia Cælū, Ovid. etc. 1. Metha. lect. 1. fol. mihi. 1.
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos; rudis, indigesta que moles.

86. Probabiliorem autem sententiam in his principijs, à ferè omnibus secutam, ne despicias, neque velis plura principia, quæ non potes, amplecti, quia

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Et ne contumelia afficere tentes tot Philosophos, & Medicos, & alios sapientes Viros, quos, vt Patres vereri tenebaris: *Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui.* Nisi fortasse relegendo pudeat, quod scripsisti, vt Ovid. concinit. Ovidius.

Dum relego scripsisse pudet, quia plurima cerno,
Me quoque, quæ fuerant, iudice digna lini.

Fol. vero 9. §. 37. prosequitur vltra D. Impugnator hoc modo, & hac conclusione sequenti.

IV. CONCLVSIO.

Venena, quæ ab Authore tenentur, vt qualitates deleteriæ lædunt operationes, aliquando in genere cauſæ materialis, aliquando in genere cauſæ formalis, & quandoque in genere cauſæ efficientis.

87. ANtequam huic concluſioni Impugnatoris, reſpondeam, hoc modo in ipſum inſurgo: Adhuc remanes caliginoſa obſcuritate fucatus, & præſſus, vt aſſeras me, venena qualitates occultas, & deleterias pro eodem intelligere? Iam ſupra te monui, vt relegas, mea in tractatu ſcripta, inquibus nullo modo invenies à me tale dictum, nec proferri ſomniatum; ſcio enim, venenum eſſe ens mixtum ſubſtantiale phiſicum realiter diſtinctum à qualibet qualitate, ſiuè occulta, ſiuè manifeſta, vt videri eſt; in meo tractatu, in quo potiſſimam excitaui quæſtionem interrogantem: *Vtrùm qualitas deleterea, & maligna lædat viuentis operationes in genere cauſæ formalis, vel in genere cauſæ efficientis?* Vt videri eſt

in

in tractu, fol. mihi 8 Sequitur ne in tali cõclusione me asseruisse: Venenum esse qualitatem occultam?

88. Prosequitur Impugnator in hac cõclusione probanda hoc modo: *Illud lædit in genere causæ materialis, quod in se recipit aliquam formam, seu substantiam, cum qua componit, sed dantur aliqua venena, ita operantia: ergo dantur aliqua venena, quæ lædant in genere causæ materialis; maior est certa, & minor probatur: amarissima per os assumpta in tali, vel tali quantitate recipiunt in suis porositatibus acida pancreatica; sed hoc est operari recipiendo: ergo operantur in genere causæ materialis; nam eo, quod priuetur sthomacus acidis fermentatiuis, cessat coctio, et vita subsequenter: ergo lædit in genere causæ materialis; idem reperitur de gypso, et de oculis Cancri*. Hæc impugnator. §. 37. Impugnatoris, fol. 9.

89. Respondeo negando suppositum maioris; nempè, quod aliquid operetur in genere causæ materialis: materia, quæ tantùm est receptiva formæ in omnium sententia, nullo modo est principium activum; sed potius cõmuniter in Philosophia, lib. de causis, esse principium tantum passivum profitetur; & diffinitur per hoc, *quod sit principium passivum aptum ad receptionem*

nem cuiuſcumque formæ vt pueri Philoſophi non ignorant.

90. Quod autem materia nullo modo ſit operativa : v. g. Materia receptiva formæ rationalis,hoc modo probo ; Si materia prima in homine eſſet capax alicuius operationis , vel eſſet capax operationis ſenſitiuæ,vegetatiuæ, vel naturalis, vel vitalis ; ſed nullius harum operationum eſt principium materia : ergo materia prima talis: v.g. non eſt capax alicuius operationis;maior eſt certa , cùm non dentur alia genera operationum,niſi relata ſupra; minor verò probatur ; principia operativa harum dictarum operationum ſunt proximæ , virtutes, & potentiæ diſtintæ realiter ab anima , à qua radicaliter tales operationes procedunt; ſed nec proximè,nec remotè dependent in eliciendo à materia: ergo materia,nec proximè,nec remotè eſt principium operativum , quod ita certum eſt , vt puerilitas videatur in hoc demorari, quæ ſunt principia in doctrina Thomiſtica.

91. In Schola verò acutiſsima Ieſuitica docetur ſubſtantiam eſſe immediatè operativam (cum in tali ſententia potentiæ non

non distinguantur realiter ab anima, sed tantum formaliter) sed in hac sententia, & in alia qualibet nullo modo asseritur, materiam esse oparativam, sed tantum formam substantialem, à qua egressiuè, vel efficienter omnes operationes eliciuntur: ergo nullum in genere causæ materialis potest operaii.

92. Et licèt detur receptio talis acidi (vt supponit) talis receptio se habere potest in genere causæ materialis determinantis, vt forma per excessum partium materialium promptiori modo determinetur ad productionem qualitatum, pro quibus determinata non erat à temperamento substantifico (vt supra iam dixi)

93. Ad illam sub sumptam probationē, scilicèt: *Quod si defficiat acidum fermentatiuum in sthomaco cessat coctio, & vita subsequenter;* dico, quod remansit strictus impugnator quando dixit venena, & alia operari in genere causæ materialis aliqua: aliqua verò in genere causæ formalis, & alia in genere causæ efficientis; & cùm solùm defficiat aliud genus causæ [nempè finalis] quid interesset, vt etiam sua maxima eruditione constituerentur in genere causæ finalis, etiam

Eodem §. 37. Impugnatoris.

etiam operativa? Ex sua probatione in fe-ro tamen; privationem alimenti, ob quam, vita necessario erit deffectura, concurrere in genere causæ priuatiuæ; nam si ob deffectum acidi fermentativi consequenter vita defficit, ob deffectum illius, quo vita alitur, & conservatur, quod est alimentum, similiter defficiet.

94. Vltra, de materia prima independenter à forma, aut nudè sumpta, verificatur in omnium sententia, puram potentiam esse, & ad summum Methaphysicum actum includere in tali linea; sed pura potentia excludit omnem operationem, nam quod est in potentia, implicat in terminis, quod pro illo tunc nō sit in potentia: ergo materia nudè sumpta nullo modo est activa, nec operatur; sed operationes omnes proveniunt à forma, provt informante materiam, & ab ipsa forma mediatè, vel immediatè operationes eliciuntur, tanquā â principio quod, vt radicaliter operativa est, & ab acidentibus, vt *quò*, & immediatè; vel in acutissima sententia Iesuitica, à forma, vt *quò*, & immediatè à supposito veró, vt *quod*, proter quod dicitur, *actiones esse suppositorum*; non quia aliquis dixerit, materiam

riam in supposito operativam esse, sed operationes procedere à forma, & supposito aliter, & aliter, nulloque modo à materia, ex quo infero, quod nec venenum, nec aliud ens substantiale operetur, vel lædat in genere causæ materialis.

Prosequitur Frater Impugnator, fol. 10. §. 38. intendens probare, quod aliqua venena lædant in genere causæ formalis; ita: *Acidum nitri, vel vitrioli, communicatum sanguini, vel pituitæ producit lapidem siue substantiam lapideam, tàm in partibus integrantibus, quàm in partibus essentialibus; sed hoc est lædere in genere causæ formalis: ergo venena lædunt in genere causæ formalis; maior videtur certa, & minor probatur: effectus formalis alicuius formæ nihil aliud est, quàm communicari, & vniri cum principio passiuo intrinsecè tribuendo esse per configurationem, sed acidissimum nitri ita se habet: ergo lædunt aliqua venena in genere causæ formalis.* Hæc Impugnator. Impugnator. fol. 10. §. 38.

95. Videtur respondendum, negando suppositum maioris, scilicèt, acidum nitri esse formam ipsius, sed tantum accidens subsecutum ad formam, cuius acidum est secunda qualitas, quia nitrum est compo-

si-

ſitum ſubſtantiale ex materia, & forma coaleſcens, vt acidum in ipſo aceto, cuius non eſt forma acidum, ſed qualitas ſecunda ſubſecuta ad ipſum acetum, provt componitur ex materia, & forma ſubſtantiali.

§. 38. Impugnatoris. 96. Ad probationem nego iterum ſuppoſitum, ſcilicèt, *effectum formalem eſſe, illud, quod dat eſſe per configurationem intrinſecè.* Nam quod dat eſſe ſubiecto naturaliter, & intrinſecè eſt forma ſubſtantialis, *quæ eſt actus primus corporis phiſici organici, &c.* Vnde eſt improbabile, talem configurationem conſtituere ens naturale ſubſtantiale, tanquàm formam ipſius, quia configuratio ſolum ducit talem, vel talem organiçationem incõpoſito, vt forma det eſſe, & operari ſubiecto, cui configuratio præſupoſitivè ſe habet.

97. Et adhuc in ſubtiliſsima ſententia Scotica, aſſerente dari formam corporeitatis, tali corporeitati non tribuitur aliquis effectus ſubſtantialis operativus, vel vitalis præter actuationem illius organicati corporis, quæ vt diſpoſitio requiritur materialiter, & præſupoſitiuè, vt forma ſubſtantialis principalis viuens det eſſe ſubiecto, &

conſ-

constituatur omnium operationum principium (hoc modo intelligo configurationem in Philosophia Aristotelica.)

98. Vnde, doctrinam, de configuratione dante esse naturale subiecto, omnimodo reijcimus, cum opus illa nobis non sit; quod autem certum iudico est, quod effectus formalis formæ *est ipsius vnitio, & communicatio actualis subiecto*, cum in omnium sententia effectus formalis cuiuscumque formæ non distinguatur ab ipsa forma communicata subiecto.

99. Sed obiter mihi ostendat Frater Impugnator, quid voluerit exprimere, illis verbis, *vniri cum principio passivo?* Si intelligat materiam; habeo ex ipsius ore intentum, quod suprà, nempe, materiam esse principium passivum, & nullo modo activum: ergo falsum proponit, dum asserit, venena in genere causæ materialis lædere viuẽtis operationes; si verò aliud intelligit, quid est? vel forma, vel configuratio; de configuratione in sua sententia non potest intelligi principium passivum; de forma verò minimè asseri potest: ergo de materia tantum asserit esse principium passivum:

 ergo

ergo in sua sententia est principium actiuum, & passivum.

Impugnator, fol. 10. §. 39. Vlterius suam conclusionem intendit confirmare, fol. 10. §. 39. sic: *Nam sicut dictum est in quæstione 3 venena lædunt à tota substantia: ergò lædunt in genere causæ formalis, & materialis, nam quæ sunt toto genere præter naturam toto genere lædunt.* Hæc Impugnator.

100. Huic confirmationi videtur respõdendum negando suppositum, nempé, operari à tota substantia; esse operari tam materiam, quam formã: primò, quia materia operativa non est (vt suprà iam manet probatum) secundó, quia operari à tota substãtia nõ est effectum produci á qualibet parte substantiali diuisiuè sumpta; sed est effectum produci à tali forma specifica, cuius talis effectus, & virtus productiva illius, debentur tali formæ specificæ, vt tali, & occulta remanet qualitas, seu potentia nobis à priori, sed tantum per effectum manifestatur (sed de hoc iam dictum est.)

Impugnator, § 40, Eodem fol. §. 40, ita prosequitur Imgugtor: *Quod etiam aliqua venena lælant in genere causæ efficientis, constat ex eo, quod ab acido*

tam

tam dissolvente, quàm coagulante, primo incipit motus rarefactionis, vel condensationis. Hæc Impugnator.

101. O mirabile acidum, tot tantisque virtutibus excellens, vt posit operari in genere causæ formalis, & eadem ratione in genere causæ efficientis! Nuper §.38. aiebat Impugnator, concurrere acidum in genere causæ formalis, & nunc in genere causæ efficiẽtis? Ergo idem manens idem est causa efficiens, & formalis: causa formalis, & causa efficiẽs sunt realiter distinctæ, vtpotè ad effectus realiter distinctos determinatæ, à quibus suam speciem, & vnitatem desumere omnes concedunt: *causas aliquãdo ad invicem esse causas*, vtique fateor; sed eandem causam esse efficientem, & formalem respectu eiusdem, tu solus dixisti; vltra, quia causa intrinseca est duplex *formalis, & materialis*, aliæ duæ, nempè, efficiens, & finalis sunt causæ extrinsecæ; sed eadem causa nequit esse intrinseca, & extrinseca: ergo acidum nitri malè trahitur ab Impugnatore in ratione causæ formalis, & posteá ipsum acidum vult efficere in genere causæ efficientis: hoc est improbabile; nec ne?.

102. Sup-

102. Supposito ergo quod acidum sit qualitas accidentalis debita tali mixto, cuius est proprietas, aut qualitas, nullo modo concurrere potest in genere causæ efficiētis, sed tantum in genere causæ formalis accidentalis, vt constat ex Div. Thom. in 2. dist. 26. q. 1. art. 9. ad 4. citatus à P. M. Lerma de generat. lib. 1. q. 32. num. 1. fol. mihi 136. qui ita: *Nām si calor v. g. in genere causæ efficientis operaretur, operaretur in subiecto immutando illud effectiuè*; ergo non operatur effectiuè, sed formaliter in linea qualitatis, & acidentis activi: ergo ad summum, quod de acido dicendum erat, tantum poterat, non esse substantiam operativam, sed tantum acidens operativum.

S. Thom. 2. dist. 26. q. 1. art. 9. ad 4.

P. M. Lerma de generatian. lib. 1. q. 32. n. 1.

Prosequitur Impugnator eodem fol. 10. §. 41. hoc modo: *His videtur manere sufficienter impugnata doctrina, nam Author solum supponit, esse qualitates occultas altiori modo operātes, cæterum cum sit de instituto Authoris probare conclusionem (quæ non facit) nam si est certum, quantitatem, qualitatem, & motum, & substantiam lædere, qua ratione excludit substantiam, quantitatem, & motum, vt sola qualitas sit genus venenorum, & alexipharmaci.* Hæc *Impugnator, Calumniator,* & *Censor.*

Impugnator, fol. 10. §. 41.

103. *Im-*

103. *Impugnatorem* eſſe manifeſtum eſt, *Calumniatorem*, quia mihi infert contumeliam, & iniuriam (cum dicat me non probaſſe concluſionem) *Cenſorem*, cum dicat, *quod facere debebat, & non fecit*; hoc eſt quærere inanes contentiones, & lites, hoc eſt, ianuas diverſis novis cõtentionibus aperire(hoc tempore, in quo non deſunt) & ianuas fœderi claudere, pro quo venit in memoriam refferre Iani Deitatis fictæ, brevẽ Hiſtoriam ſic.

104. Bifrontis Iani ſimulacro Romani excolentes Deitatem, templum conſtruxere, quod erat Romæ ad infimum argiletum; vbi nam conſtruendum eſſet Fanum deitati fictæ, niſi infimo loco? Præcipuè à Numa Pompilio erectum fuiſſe traditur; quod templum Belli tempore apertum, & fœderis temporibus clauſum eſſe cernebatur. O infanda Deitas! O Fanum execrandum! Tempore belli apertas oſtendis ianuas; fœderaque, & amicitias ita reſpuis, vt illis ianuas clauſas demonſtres! O ſimiliter infelix ille, qui contentionibus contentiones addit, clauditque ex hoc fœderi ianuas, vel ad minus retardat!

Ita Ambr. Calep. litt. I. fol. 150.

105. Iudicarem certè ſine talibus contentio-

tentionibus, & contumelijs, magnum honorem tibi adventurum, vt in Prouerb. cap.20.verſ 3: *Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs*. fol. mihi 252. quondam à te audiui ſanctiſsimam ſententiam, quam Eccleſia dicit in illo Hymno: *Extingue flammam litium*. Iam huius ſententiæ oblitus es, cum mihi nouas contentiones proponas, animumque ad iram prouoces, quod certiſsimè non fieret, ſi talia dicteria, & verba contumelioſa in me non inferres, ſed tantum, more Scholaſtico ſententiam, aut opinionem Impugnares modeſtiori ſtylo, & decentioribus verbis.

Proverb.c. 20. verſ. 3. fol.252.

106. Obiter tamen reſpondeo Impugnatori, me non excluſiſſe ſubſtantiam ad lædendum, ſaltim radicaliter, & vt *quod*, (vt iam multoties dixi) ſed nego proximam, & immediatam operationem ſubſtantiæ; quantitatem ſimiliter non excludo; ſed neque ei tribuẽda eſt operationum elicitiua facultas, ſed tantum ſe habere ad læſsionem materialiter, & vt quid impediens illam operationem, quæ medio tali impedimento naturaliter non ponebatur. De motu, non nego dari, neque iguoro eſſe

actum

actum in potentia, entis provt in potentia; & dari ad aliqua prædicamenta motum per se; & ad alia non dari, ex Logica didici. *Arist. ita.*

Eodem vero fol. 10. § 42. sic prosequitur Impugnator: *Ad authoritates dicimus, quod omnes fuerunt immersi ignorantia (licèt alia parte viri doctissimi) præter Ang. Doct. qui sua transcendentali intelligentia omnia cognovit, atque illustrauit.* Hæc Impugnator. Impugnator, fol. 10. § 42.

107. O licentia maxima obiurgandi, & infamandi tot viros doctissimos, & sapientissimos, maximis laudibus ab omnibus prosequtos! Et huius boni viri modestia, & sapientia, ipsos ignorantes palàm prædicare non veretur, & dicit postea quasi ironica laude [licèt ex alia parte viri doctissimi] pro quo in simili quidam cecinit:

Laudauit niueas corbi vulpecula pennas:
Hæi mihi quot vulpes sæcula nostra ferũt.

Prosequitur autem §. 43. sic idem Impugnator: *Veniamus iam ad experimenta: ad primũ de magnetismo dicimus, quod ad invicem mouetur ferrũ à magnete, & è contra, iuxta exuberantiam virtutis; cæterum hoc potest dupliciter contingere; primo per efluvia emanantia ab vtroque extremo magnetis, & ferri, ita concatenantur efluvia, & tam impetuosè, & versus* Impugnator, § 43.

M *mag-*

magnetem, & tam strictè exeunt per porositates; quod continuato motu expulsiuo per hunc medium modum mouetur, & aproximatur ad aliud, quod est superioris virtutis. Hæc Frater Melero.

108. O elegans explicatio! Quanta claritate veritas detegitur, & hoc dubium obscuritate spoliatur! Quod aliàs omnium Authorum contorsit ingenia! Potuisset quidem Impugnator sicut doctrinam Renathi Descartes assumpsit, & elegantem stylum assumpsisse, vt videri est in ipso Renatho, part. 4. de princ. Philosoph. n. 171. fol. mihi 204.

Renath. p. 4. de princ. Ph. n. 171. fol. 204.

109. Sed licèt Impugnator rudem minervam in suorum verborum serie adstruxerit, tamen laudandum est desiderium bonum, laudandaque pietas detegendæ veritatis; de alio rusticè metricante, pietateque dicendi euecto, cecinit Calphurnius sic Eglog. 4.

Calphurn. eglog. 4.

Cum mea rusticitas, si non valet arte polita
Carminis; at valeat certè pietate probari.

110. Tamen obtenta venia pro mea inferioris notæ locutione; licebit respondere laudando tantæ doctrinæ claritatem, & dicendi libertatem (provt cuique in Philoso-

losophia libet) sed non licet quodlibet, nec quod libet. Dicit Frater Impugnator, vt magnetismum detegat, *quod ad invicem, ferrum, & magnes mouentur, & è contra iuxtà exuberantiam virtutis.* Et ponit vtrumque motùm simultaneum esse, ac si in ferro daretur vis magnetica, aut atrahens (quod nullus dixit prudenter) nam si ratione efluviorum exeuntium ex vtroque, nempè ex magnete, & ferro, datur talium efluviorum concatenatio, sequitur, ex ferro talia efluvia procedere, vt asseratur in eo esse virtutem magneticam. Impugnator, §. 43.

111. Dubito quidem, quo modo datur atractio vnius respectu alterius, si vterque motus est expulsivus (vt clarè Impugnator asserit) quo modo datur talis atractio? Nam cum expellantur ex vtroque efluvia, vt fiant sibi obviam, potius sequeretur repugnantia, aut resistentia ad atrahendum; nam atractio est motus introrsùm respectu illius, quod atrahitur; expulsio verò est motus extrorsùm; sed per motus extrorsùm nequit dari atractio: ergo talis cōcatenatio efluviorum extrorsum ab vtroque procedentium, videtur magnestimum non probasse, nec intentum ab Impugnatore esse

sequtum : ergo non fuisset recurrere ad scutum ignorantiæ, asserere, magnetismũ occulta qualitate celebrari.

112. Ad illud tamen, quod dicit Impugnator, nempè, *mouetur, & aproximatur ad aliud, quod est inferioris virtutis*; sic insurgo: vel illud, quod est inferioris virtutis est ferrum respectu magnetis, vel non? si est ferrum: ergo magnes est superioris, & altioris virtutis in atractione ferri: ergo trahit illud, media altiori, & elevatiori qualitate, aut virtute (quod quidem fuit mea sententia, & non probabilitate carens) si aliud præter ferrum est, non capio, cum tantum dentur in tali casu magnes, & ferrum.

§.43. dicto.

113. Efluvia verò asignata, ex ferro simul, ac magnete egredi, vt asserit Impugnator difficultate non caret; pro qua veró solvenda, rogo Fratrem Impugnatorem, sua maxima eruditione genuinam responsionem adhibere argumento sequenti.

114. Ex dictis ab ipso Impugnatore infertur, dari in ferro efluvia, quæ ad invicem exeunt ex suis porositatibus, taliaque efluvia, tum magneti, tum ferro naturaliter, & ab intrinseco convenire, tenetur asserere; ex quo sic insurgo: ferrum à magnete

nete poteſt ſurſum moveri ; ſed quando ſurſum mouetur, eſt medio efluvio à ferro egrediente partialiter,& à magnete : ergo datur principium intrinſecum, & naturale in ferro ; vt per tale efluvium ſurſum moveatur ; maius oculis eſt manifeſta, minor eſt doctrina Impugnatoris,§.43.conſequẽtia verò infertur ; ex quo ſic iterum inſurgo:ergo in corpore graui datur inclinatio, & activa tendentia ſurſum; ſed hoc eſt valdè falſum: ergo id,ex quo ſequitur ; maior eſt doctrina Impugnatoris ; minor verò ſic probatur ; de intrinſeca ratione,& inclinatione corporis grauis eſt tendentia deorſum;qui eſt motùs ad ſuum centrum; ſicut de natura corporis levis eſt motus ſurſum: ſed inclinatio intrinſeca, & naturalis ad motum deorſum, immediatè opponitur inclinationi; & naturali tendentiæ alicuius entis tendentis ſurſum: ergo non datur in ferro tale efluvium naturale; vel datur naturalis inclinatio corporis gravis ad motum ſurſum ; quod omninó improbabile eſt.

115. Alió modo §.44:viſum fuit Impugnatori explicare magnetiſmum,ſic : *Etiam cauſatur aproximatio ex eo, quod tàm ſtrictè* Impugnator, §.44.

exeant

exeant efluvia ex porositatibus ferri adversùs magnetem, quod impeditur ingressus aeris, & ne detur vacuum, mouetur ferrum, & aproximatur magneti. Videatur Cartesius à fol. mihi 193. vsque ad fol. 211. Hæc Impugnator.

116. Cui explicandi modo, respondeo eâdem doctrinâ, quam in §. antecedenti explicui; sed ne tam liberè videatur pergere sua liberâ Philosophia pro magnetismo explicando, quàm desumpsit ex dicto Cartesio, num. 61. fol. 204. interrogo nunc: quare, si ex eo, quod ita strictè ex ferri porositatibus exeunt efluvia, datur in ferro aproximatio ad magnetem, ne detur vacuum, & hoc idem non contingat in ligno densissimo, vel lapide marmoreo, & alijs? Ergo est quia datur aliquid superioris virtutis, vt virtus specifica sequta ad formam magnetis, vt versus se ferrum trahere valeat; quia sicut dantur efluvia in vno vt posit trahi, exeuntibus talibus efluvijs per porositates; ita posunt dari in alijs, quæ à maguete non trahuntur: ergo talis atractio celebratur à virtute superioris, & elevatioris ordinis reperta in magnete: & sicut placuit Renato Cartesio talis modus dicendi in sua noua Philosophia, ita, & nobis

nobis placuit antiquam, & à Prudentioribus Philoſophis opinionem ſequi, relicta in ſua probabilitate, & authoritate Carteſiana Philoſophia, minimèque dicam improbabilem eſſe, etiam ſi mea ſententia, & opinio, probabilitate non carère exiſtimem.

117. Eodem verò fol. 10. §. 45. ita ait Frater Impugnator: *Et reſpondetur obſervationi, & dubio; cur magnes intinctus allio, non atrahat ferrum? Dico quod allia, cùm ſint oleoſſa obſtabunt poroſitates magnetis, ac per conſequens impediunt efluvia, quod accidit ſi magnes vngatur quacumque ſubſtantia butiroſa, vel oleoſſa, & non lignea: ratio experimentalis ſtat in hoc, quod poſito ferro, & magnete immenſa plana, ſi manus hominis latitudinaliter interponatur, efluvia ſentiuntur, quod probatur evidentia efluviorum.* Hæc Impugnator. Impugnator, § 45.

118. Reſpondeo quod expertum fuit omnibus, allium impedire magneticam atractionem, & non aliam ſubſtantiam butiroſam hoc efficere; nec quidẽ dubito, quod ſi magnes ita, copià alicuius butiroſæ, aut glutinoſæ entitatis, obruatur, minimè ferrum poſsit trahere; quia cum virtus cuiuſcumque agentis naturalis debeat eſſe

expe-

expedita ad operationem ponendam, si hæc virtus impedita remaneat, minimè effectum producet; si vero in portione tàm minima, quàm allium præstat, aliqua butirosa, aut oleaginosa substantia, magnes inungatur, minimè eius hebetabitur, aut virtus impedietur, quod de allio satis liquet, saltim à posteriori, quia à priori omnia cognoscere non possumus, propter limitatam virtutem nostræ cognitionis.

119 Alio modo videtur etiam respondendum, vt videat dominus Impugnator, non impediri magneticam atractionem ab allio, quia illud habeat substãtiã oleosam, aut butirosam (vt Impugnator asserit) sed quia habet occultam qualitatem, vt talem impediat atractionem; propter quod visum fuit apponere experimentũ, (etiam nos habemus aliqua præ manibus) tollens hanc expositionem domini Impugnatoris de substantia butirosa, & oleosa.

120. Nam si ponatur alia substantia, quæ nullo modo sit butirosa, aut oleaginosa, magnetica impeditur atractio (non solùm applicata tali substantia, magneti, verùm posita tantùm in eius præsentia) ergò non ideó impeditur ab alio magnetica

atractio

atractio, quia invngitur eo, quod constat oleosa, aut butirosa substantia (vt Impugnator sibi facilimè persuadet) consequentia infertur; & antecedens probatur experimento, quod adducit Sanctus Franciscus Salesius, lib. 4. cap. 2. *Praxis amoris Dei*, vbi hic Magnus Sanctus affirmat, magnetem in præsentia Adamantis ferri, atractionem non elicere; & ablato Adamanti à magnetis præsentia, illicò ferrum trahere: ex quo sic insurgo; sed substantia, & entitas Adamantina, neque est oleosa, nec butirosa (immò potius contrariam seriem possidet, cùm sit entitas, aut substantia opposita oleaginosis, & butirosis entitatibus, gaudens maxima, aut maiori densitate, & duritie, ac siccitate, quæ qualitates omni ex capite repugnant substantijs oleosis, & butirosis experientià: ergo quando magnetica impeditur atractio (magnete invnctos allio) non ex eo provenit, quia est substantia butirosa, aut oleosa (cùm experientià comprobatum sit, per cōtactum, vel quod maius est, ad præsentiam Adamantis, qui nullo modo est butirosus, aut oleaginosus, talis magnetica virtus impediatur:) ergo

nulla

nulla est solutio Fratris, & domini Impugnatoris pro magnetismo, hoc modo, explicando: ob quod videtur aliam solutionem quæsiturus.

121. Vndè vacamus culpa alij, & ego ab Impugnatore obiurgati, vt Ignorantes, (ac si ipse nil ignoraret)ego veró,me Hercule, non ita sentio fateorque quam plurima tùm ignorare,tùm ignorasse (quod me pænitet)& ex mea opinione coligitur;cum palàm profitear, me qualitates occultas admitere, cum non valeam talium effectuum à priori causam asignare; nec aliorum multorum asignabo præ mei ingenij imbecillitate;ob quam si aliqua meã subterfugiant (immò plurima) cognitionem, culpà vacabo. Consolaturque me S. Augustinus,serm.22. de verb. Apost. per hæc verba: *Ignorans,quæ sciri nequeunt culpa vacat.*

122. Ad illud quod Impugnator dicit *in mensa plana*; respondeo nullam hucusque visam fuisse cavam, aut convexam, vel gibbosam (hocque est valde planum.)

Sed tamen non omittam redarguere suam doctrinam circà efluvia ferri versus magnetem pro deuntia; nam sequeretur,

magnetem,ferrum non atrahere; sed partialiter á magnete , & ferro talem magneticam atractionem exerceri , quod prorsus improbabile videtur,vt infra videbitur.

123. Ad illum dicendi modum de concatenatione efluviorum,sese offert hoc dubium:si talis concatenatio fit per aproximationem vtrorumque efluviorum , tum magnetis,tum ferri ne detur vacuum; cur si ponatur magnes infrá mensam,planam, (vt ait)& suprà ipsam mensam ferrea clavis,aut pars ferri aliqua,atrahitur , & movetur à magnete ? Vt quotidie oculis obversatur asiduà experientià, non ne obstabit tota illius mensæ planæ quantitas , vt efluvia concatenentur ? Certè quidem non poterunt concatenari , mediante tali corpore quanto;sed etiam si non detur talis concatenatio , vt experimento constat datur atractio ferri suprà mensam possiti à magnete infrá mensam applicito : ergo quia non atrahitur media tali concatenatione: ergo non est ita probabilis talis modus dicendi: ergo non erit ita improbabilis sententia ferens talem magneticam atractionem elici ab aliqua occulta virtute superioris ordinis ad elementales,quæ virtus

reperiatur in ipso magnete, tanquam in ente substantiali talem virtutẽ continenti: ex quo infero, me non legisse Scholasticis in Vniversitate doctrinam probabilitate carentem; & inutilem [vt Impugnator de me dicit contumeliosè] ob quod públicè talem contumeliam mihi illatam repellere oportet, vt suprà cum Divo Thoma, loco citato; vndè publicè debeo respondère; cum publicè talem opinionẽ legissem.

Non placuit Fratri Impugnatori hoc duplex effugium pro responsione, & quasi formidans, & insecurus, tertio modo tali dubitationi nititur respondère modo valdè diffuso, vt sequitur, sic.

Impugnator. fol. 11. §.46.

124. *Tertio respondetur, quod in magnete, & ferro; & in alijs omnibus mineralibus datur vita licet inferioris ordinis, & sic non est inconveniens quod atrahant & expellant, media coctione seu fermentatione; vt patet in argento, & auro purissimo; quod reperitur in mineralibus, vbi reperitur productio, & aumentatio metallorum, & puritas supponit separationem sub impuro quod fit per fermentationem, cuius terminus est aliquando vnum ab alio separare vt Aristotelici & Galenistæ dicunt de coctione à qua sequitur separatio puri ab impuro, & hoc quidem*

dem experimur in succis musti, & confectionibus vbi à principijs naturalibus experimur actu fervefieri, quin recurramus ad miracula, neque ad supplementum causæ secundæ per influxum primæ, quia quæ necessario sunt talia semper operantur in actu, nisi sint impedita. Cæterum quod viuant vita vegetativa, inferioris ordinis, tàm magnes, quàm ferrum, medicamenta purgantia, & alia probatur ex eo, quod in ipsis reperiantur actiones vitales atrahendi, expellendi, & fermẽtandi, sicuti in viuentibus perfectis, nam ostrea, & chonquilia, licèt sint sensitiua, tãmen priuantur aliqua perfectione, quæ reperitur in equo, scilicèt, moueri à loco ab intrinseco, & similiter Talpa gaudet essentia animalitatis, licet careat visu; ex quo sequitur, quod licet in his viuentibus assignatis non reperiantur omnes operationes vitales, quæ reperiuntur in perfectis viuentibus, modo habeant aliquas operationes vitales scilicèt atrahendi & fèrmentandi, hoc sufficit, vt salvetur essentia vitæ, quamvis inferioris ordinis. Hæc Impugnator, fol. 11. §. 46.

125. Magna consideratione sedulàque indagine opus est, vt videantur hæc ab Impugnatore prolata, quia multa penitùs à ratione aliena esse conspiciuntur; ni me fallat exiguitas meæ cognitionis; attamen in primis

Impugnator, fol. 11. § 46.

126. Res-

126. Respondeo Fratri Impugnatori nō esse probabile, immò, omnem probabilitatem excludere, asserere, ferrum, & magnetem animà vegetativa inferioris ordinis gaudere; & primó oportet deffinire *vitali* in communi Philosophorum sententia; ex Aristot. *Est igitur vitale, quod provenit à principio intrinseco vitaliter operante*; & cum nec ferrum, nec magnes, ita producantur, inde est, rationem vitalitatis ipsis non competere. Vltra, quia quod est viuens movetur ab inttinseco; sed ferrum, & magnes non moventur ab intrinseco: ergo ferrum, & magnes non gaudent aliqua vità vegetativa, neque inferioris ordinis; maior est certa, vtpotè deffinitio viuentis; minor veró probatur: motus ad centrum, qui debetur corpori graui, nempè, ferro, à principio suæ productionis, non est motus à ferro procedens; sed à Generante, vel producente; sed ex hoc infertur non moueri ab intrinseco, sed ab extrinseco: ergo nullo modo vita gaudent; cum defficiat illis ratio vitalitatis à priori, quæ est à principio intrinseco mouere se, in quo stat ratio formalis vitalitatis, siuè in gradu perfecto, vel imperfecto; qua ratione funda-
men-

mentum tertiæ ſolutionis nihil probat.

127. Ad illud de Talpa,& Chonquilijs, dico, hæc animalia vtique habere vitam ſenſitivam, licet modo inferiori, reſpectu aliorum vitalium; cæterum ſecundum ſe, talibus conſideratis, eſſentialiter convenit ratio vitæ, cum illis omnibus conveniat ab intrinſeco moueri; & hæc eſt doctrina Ang. mei Præcep. 1. part. q. 78. art. 1. fol. mihi 345. reſpondeo dicendum, propè finem num. 40. ecce verba: *Quædam enim viuentia ſunt, in quibus eſt tantum vegetativum, ſicut in plantis; quædam vero, in quibus cum vegetativo eſt etiam ſenſitivum, non tamen motivum ſecundum locum, ſicut ſunt immobilia animalia, vt chonquilia; &c.* Et ſimiliter Philoſoph. 2. *de Anima*; ex quo infertur, quod licet in Oſtreis, & Chonquilijs defficiat facultas loco motiva, tamen non defficit ratio ſe ab intrinſeco movendi, in quo vltimo ratio vitæ conſiſtit; ſed ferrum viuere minimè probabile cenſeo; licet multoties audierim viuere, & dari aliquos homines, ironicè capite ferreo gaudentes, quos tamquam monſtrua à conſortio humano reijcimus.

S. Thom. 1. p. q. 78. art. 1. fol. 345.

Ariſt. 2. de Anima.

128. Sed ne videatur Fratri Impugnatori ſolutionem nõ adhiberi ſuæ particulari

doctri-

doctrinæ asserenti, quod ex eo, quod detur in magnete, & ferro actio atrahendi, & expellendi per efluvia ab ipso rellata, sequitur dari vitam tam in magnete, quam in ferro, cui similia concedit efluvia, & similiter de alijs, in quibus aliquæ reperiuntur operationes, vt sunt medicamenta chatartica; ideò respondeo

129. Reddens differentiã, quæ datur inter *vitale*, & *operativum*. Pro quo notandum est, valdè diversum esse, maximũque intercedere discrimen inter hæc duo: *viuere*, & *operari*. Cuius assumpti probandi ratio talis est: nam in aliquibus mixtis aliquæ conspiciuntur operationes, & tamen talia mixta prorsus vita non gaudent; vt videri est in Medicamentis expurgantibus, v. g. Rhabarbaro, Agarico, Senna, Xalappa, & alijs quam plurimis, & similiter in magnete, cui vita etiam denegatur: ergo distincta est ratio *vitalitatis* & ratio *operationis*: ergo ex eo, quod detur operatio in aliqua entitate, non sequitur in illa vitam concedendam esse, & ratio huius est, quia cùm ad operãdum tãtum requiratur *vnum quodque esse in actu per suam formam substantialem*, vt constat ex Philosopho, stat benè dari formam,
dari-

darique in ſubiecto talem formam habenti, aliquás operationes à tali forma procedentes, quæ operationes neutiquam ſint vitales, nec de eis verificetur, à principio vitali procedere; hoc evidenter patet in Cœlo, Aſtris, & Planetis quæ entitates habent certam verſus inferiora influentiã, & ſublunaria, emittunt enim ſuos influxus inferioribus, & ſublunaribus, mouentque illa ad multas exequendas operationes, de quibus non verificatur proceſſus à principio vitali vitaliter operante, quod neceſſariò requiritur ad rationem vitalis, vt vitalis.

130. Eodem modo videtur diſcurrẽdum de Rhabarbaro, & Agarico, & alijs plurimis, in quibus fuit forma viuens vegetativa; & poſtquam abſciſſa, aut ſecta fuerunt, non viuere, ex eo conſtat, quod Rhabarbarum. v g. & Agaricum poſt abſciſionem exſiccantur, & in durantur, redduntur que alijs accidentibus inſignita quibus omnibus probatur iam eis vitam defeciſſe; & hoc non obſtante, in eis reperiuntur operationes, v. g. in Rhabarbaro atrahendi choleram, & in Agarico atrahendi humorem pituitoſum, ſeu phlegmaticum, & tales atractiones celebrari à determinatis

corporis partibus, vt constat suprâ ex S. Thom. opusc. 34. *de occultis operationibus naturæ*; ergo stat ratio constitutiva operativi principij, quin detur constitutivum principij vitalis; istæque operationes non vitales, sunt communicatæ, & inditæ talibus formis á generante, aut producente formam in tali materia, cui formæ in instanti generationis, talium operationum actus debentur; viuentibus autem tantùm communicantur ipsi formæ in potentia, vt suo tempore talem potentiam in actum reducat.

Illud veró quod est vitale hæc duo dicit, *& esse operativum in potentia, & ab intrinseco ad talem operationem se mouere*; quod quidem provenit ab ipsa forma afficiēte subiectum, vt operetur immanenter; alia verò transeunter, & ab alio operationes habere dicuntur, nempè ab Agente, vel Generante ponente formam in tali subiecto, cui formæ in instanti suæ productionis talium operationum debetur actualitas; formæ autem vitali, vt tali tantùm debentur potentiæ ad operandum, & hoc est discrimē, quod versatur inter *operativū*, & *vitale*; & ex hac doctrinà poterit Impugnator videre

dif-

differentiam, quæ datur inter vitalia, nempè conchilia, & alia perfectiora viuentia, & inter operativa quæ nullo prorſus modo viuunt; vt ſunt magnes atrahens ferrũ; Rhabarbarum bilem, ſeu humorem cholericum; Agaricum pituitam; ergo non eſt idem *operatiuum*, & *vitale*.

131. Quod autem detur ſeparatio puri ab impuro in mineralibus, & augmentum, & alia, quæ proponit Impugnator, hoc tantùm probat dari mateтiam magis diſpoſitam ad entitatis purioris productionẽ per virtutem Solis, vt cauſæ æquiuocæ producentis, provt materia diſpoſita eſt, diverſos effectus; hanc doctrinam ſequuntur communiter Philoſophi, qui non concedunt in mineralibus augmentum illarum entitatum, ſed accretionem, & incrementum, per iuxtá poſitionem vnius materiæ ad aliam vide Sennertum, tom. 1. cap. 1. de Formis, Seminibus, & Aſtris rerum in conſenſu, & diſenſu Chymicorum cum Galenicis, fol. mihi 207. §. *Verum enim verò, & his nimis licentioſè*; ſimiliter ex doctrinà Divi Thom. 1. part. quæſt. 78. vbi ſuprâ; quod autem Sennertus in tali loco affert in favorem ſententiæ intentæ ab Impug-

Sennertus, tom. 1. c. 1.

S. Thom. p. 1. q. 78. vbi ſupr.

natore, est, mineralia, & metalla habere formam nobiliorem, in qua est aliqua virtus cœlestis, media, qua aliquæ operationes in illis eliciuntur occultè, non vero manifestè.

132. Minùs quidem improbabilem modum Impugnator sumere potuisset ex doctriná cuiusdam recentioris (quem, & alios, apud me habeo) cum iste non concedat, ferrum partialiter trahere magnetem[quod est valde improbabile]Neothericus relatus est celebratissimus Otton Thachenius in sua antiquissimæ Hypocraticæ Medicinæ claui, cap. 9 fol. 179. qui magnetismum modo minùs à veritatis tramite aberrante explicuit sic: *Magnetem trahere ferrum solo odore fatendum est, quod probat distantia, per quam trahit; ferri humidum radicale, vel acidum naturale, cùm veldè fragile sit sponte èxalat, vt ex Hypocrat. obstendit Hypocrates Chymicus, cap. 19. nisi enim ferri acidum huiusmodi esset ab animalium sthomaco iugulari non posset; & per consequens eius limatura per os assumpta, nihil prodesset, mater ferri est magnes, quæ filij odorem percipit, quia amat; cuius odore, cum sufficientèr saturata non sit, eàdem causa ferrum trahit, & allicit.* Hæc

Otton. Thach. med. cla. c. 9. fol. 179.

doc-

doctrina, licèt, aliqua improbabilia videatur continere (nisi fortè analogicè, aut methaphoricè intelligantur ly *Amat*, ly *Odorem percepit* [cùm hæc proprijssima sint animalis perfectissimi) ad minùs huic doctrinæ defficit deliramentum concedendi ferro vitam vegetativam, saltim inferioris ordinis(& maximè extrà fodinam.)

133. Ad illud, quod dicit Impugnator, nempè, quod Ostrea, & Chonquilia, & si habeant vitam sensitivam, est tamen cum tali imperfectione respectiva; respondeo hoc libenter concedendum esse, quia & si cùm tali imperfectione, ab ipsis inseparabile sit ab intrinseco se mouere, etiam in illo imperfecto modo in illis vitam reperiri, dubium alicui non est; quod de magnete, & ferro, & alijs non est asserendum, quia, & si agant, & suas operationes exerceant, tales operationes sunt à generante, aut producente; vt *quod*; â forma verò talis mixti, vt *quo*; cui formæ debetur in stanti generationis, aut productionis, actus talium operationum á producente, vel generante; at vero viuentibus non debetur actus operationum in primo instanti, sed virtus, seu potentia vt cùm debita dispositione,

tione, organo, temporeque debito; operatio vitalis, & actio subsequatur; ergo Frater Impugnator nihil adeptus est contra meam sententiam, ex eo quod velit vitam tribuere, quibus vita omninó repugnat.

134. Aliud inconveniens infero ex sua doctrinà, & est hoc, quod si ferrum, lapides, metalla, & quæ seccãtur ex arboribus sunt viuentia, sequeretur in rerum natura non dari quoddam, vel aliquod non vivens; & quod non daretur, vt omnes asserunt, distinctio viventis à non viuenti, quod omninó repugnat; & sic convenientius existimo, talia entia inter res mortuas anumeranda esse; & pro fidelibus defunctis esse salubrius exorare, vt à peccatis solvantur, quàm inaniter scribere, & sine ocasione doctrinam probabilem impugnare.

Impugnator, fol. 11. §. 47.

135. Prosequitur Impugnator, fol. 11. §. 47. vt respondeat meis experimentis cõprobantibus meam sententiam, & sic dicit: *Ad secundum experimentum de Doronico, dicimus, quod Doronicus est disolvens, vt constat ex Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 20. litt. D. pro maiori intelligentia huius resolutionis explicare licèt. & definire iuxtà meam sententiam, naturam substantiæ sympathicæ, & antypathicæ, quæ qui-*

quidem entitates, cùm ab Authore ponantur in Cathegoria rerum occultarum, iuxtà ſuam mentem nequeunt definiri, quia quod occultum eſt, ad nullam Cathegoriam determinatè aſsignari nequeunt (hæc ille ita.) *Verum cum iam hodie à me ſint examinatæ, & cognitæ, invenio pertinere ad prædicamentum ſubſtantiæ, & ſic eas, demonſtrabo: ſympathia, eſt ſubſtantia convenies alteri cum proportione: anthypathia eſt, ſubſtantia conveniens alteri cum improportione; quo ſuppoſito reddeamus ad Doronicum, qui vt conſtat ſolutivus eſt, & acutus, iſte habet convenientiam aquietationis cum ſubſtantia hominis, & ſic vivificat, ecce ſympathiam; cum Cane etiam habet convenientiam; cæterum cum improportione, & hac de cauſa interficit Canem, ecce antypathiam.* Hæc Impugnator, & hoc modo.

136. Reſpondeo ſic: ſuppono ex Avic. lib. 2. tract. 2. cap. mihi 210. de *Durugi*, fol. 295. Doricum habere tales qualitates diſſolutivas, cum ſit, ex Avic. herbas calida, & ſicca in tertio gradu; ſed hoc non obſtante, rogo dominum Impugnatorem mihi aſſignet, qua ratione eſt homini axilium, Cani verò venenum? Nam applicitum homini eaſdem potentias, ac vires in ſe retinet, quas applicatum Cani, quia naturã ſuã non

Avic. lib. 2. tract. 2. cap. 210.

non mutat ex eo, quod vni, vel alteri applicetur, neque ex aliqua parte impeditur: ergo eundem effectum in vtroque exigit producere (cum agens necessarium naturale applicatum subiecto, & non impeditum, necessariò effectum producat) sed tamen eundem effectum non producit in homine, ac in Cane, quem producere necessarió deberet: *Nam idem manens idem semper est natum facere idem*; vt est commune Philosophorum proloquium, & præcipuè cum, nec ex parte agentis, nec ex parte passi detur impedimentum (vel si datur assignet Impugnator, quale sit) ergo quia talis distinctus effectus ab alio provenit principio, aut virtute proximè efficienti; sed non à qualitatibus primis elementalibus in hac entitate repertis, quæ sunt calor, & siccitas in tertio gradu: ergo talis effectus provenit ab elevatiori, & occulta qualitate: ergo non operatur quia calidum & siccum in tertio gradu, sed quia tale; vt in meo tractu explicui, nec ex hoc negare intendo hoc venenum, & alia esse calida, & alia frigida, sicut, etiam alexipharmaca sunt; vt constat ex Gal. lib. 5. de simpl. fac. cap. 18. & cap. 19. de simp. fac. dicit nullum frigi-

Ex Gal. lib. 5. de simpl. fac. cap. 18. Et cap. 19. de simpl. fac.

nullum frigidum esse læthale nisi qualitate; sed operationem illis correspondentem esse maioris virtutis, quàm elementalis cuiusvis qualitatis.

137. Cum Impugnator voluerit patefacere deffinitionem Sympathiæ, & Antypathiæ, prius apposuit hæc humillima, & modestissima Verba: *Verùm cum hodie tales entitates sint examinatæ à me, & cognitæ, inuenio pertinère ad prædicamentum substantiæ, & sic eas demostrabo.*

138. Examinemus ergo hanc claritatem, hanc cognitionem, & tandem nouas sibi repertas deffinitiones, naturam Sympathiæ, & antypathiæ clarè, & manifestè explicantes; sic ait: *Sympathia est substantia conueniens alteri cum proportione. Antypathia, est substantia alteri conueniens cum improportione.* ita Impugnator; hoc est meo videri dicere, en buen Romance, *A quien Dios se la diere San Pedro se la bendiga.* Quia idem sonat, quod *antypathia dicit improportionem, & Sympathia proportionem*; à quo vero hæc proportio, aut improporti o conuenientiæ, aut disconuenientiæ proueniat? Relictum fuit frati impugnatori in atramentario; cum esset primus, potissi-

musque suæ impugnationis scopus; & cum conuenientia, aut disconuenientia inter res constituatur per rellationem proportionis, aut improportionis; &c. Vbi est illud nouum, quod ab Impugnatore dicitur? *Verùm cùm hodie tales entitates à me sint examinatæ, & cognitæ, sic eas demonstrabo?* Multis ab hinc sæculis scitur, dari tales relationes, seu respectus vnius ad aliud; sed à qua causa proueniat relatio tam maximæ improportionis in Doronico, vt canem de medio tollat, & homini auxilietur? asignet Impugnator; ego verò adhuc non inueni quid posim asignare, vt causam huius tam oppositi effectus, nisi recurram ad occultam qualitatem repertam in his entitatibus, cognitam nobis à posteriori, nam à priori rationem reddere mihi, & alijs fuit imposibile, ex ijs, quos legi, quæcipuè apud Ioannem Fernelium cap. 18. de abditis rerum causis; qui vocat fratrem impugnatorem, vt tanta occulta sibi manifestet, & pate faciat.

Ioann. Fernelius, c. 28.

139. Si vero omnibus licet suas promere definitiones Sympathiæ, & Antypathiæ, ita ego deffinio Sympathiam: *Est inter entitates substantiales proportio, & conuenien-*

nientia procedens ex his entitatibus, à virtute, seu qualitate nobis occulta à priori; cognita vero à posteriori. Antypathia, *est inter entitates substantiales, improportio, & disconuenientia procedens ex his entitatibus à virtute, seu qualitate nobis occulta à priori, cognita vero à posteriori*, huic sentẽtiæ adhæret Valles l. 4. cõtrou. cap. 1. fol. mihi 92, & ego etiam tali sententiæ insisto; vel rogemus Dominum, vt nobis talia occulta reualere dignetur, vt potè qui illa creauit, & fecit. *Valles. li. 4. contro. c. 1*

Qui occulta fecerat manifestabit. Machab. 2. Propter quod dico, relationem talis proportionis, aut improportionis, conuenientiæ, aut disconuenientiæ, pro fundamento pertinère ad prædicamentum substantiæ; pro formali verò ad prædicamẽtum qualitatis; ecce quomodo, (& si opratio occulta sit, vt potè superioris Ordinis in linea qualitatis) non me lateat, ad quod prædicamentum vnum quodque debeat reduci; & si fatear, me tenebris opræssum, caliginosa que obscuritate fuccatum erga multa remanere; O ita verum, & certum non esset, me tanta, ac ferè omnia ignorare! rogo tamem Dominum propter suam misericordiam, vt sicut Sanctus Alb. Mag. ex

Spiritus Sancti gratia multa penetrauit arcana, mihi suam lucem negari non permitat.

140. Sequitur Impugnatoris doctrina fol. 11. §. 48. Ita: *Manifestetur experimentum, vt pate fiat per discurssum: Conuenire est in figura vtriusque vniri scilicet, triangulum cum triangulo: proportio stat in eo, quod solidum disoluentis, adequetur cum porositate eiusdem figuræ & naturæ, & tunc compositum stat in statu naturali: Si vero dissoluens eiusdem figuræ cum re disoluenda excedat natura, actiuitate, & quantitate, tunc disolutis vinculis & perositatibus viuentis, interficit canem & è contra homini axiliatur: ergo hoc quod vulgo dicitur occultum in rebus Sympathicis, & Ant pathicis ab eis est detectum iam velamem, & omnibus manifestatur.* Hæc Dominus Impugnator.

Impugnator. fol. 11 §. 48.

141. Huic §. nihil nouitatis addenti eamdem responsionem adhibere licet, & iterum ex clamare huius boni viri felix ingenium veritates detegens, Spolians tenebras; (quod non facit) & tandem remanemus in eadem dubitatione, cum non asignet, quare resultet, vel detur erga vnum Sympathia, & contra alium antypathia? Et à quo hoc proueniat? Ductusq;

cha-

charitate fratrem Impugnatorem admoneo, dum alia noua magis conuenientia nobis voluerit manifestare, audire Galenum lib. 2. cap 2. de causis Sympthomatum, sic aloquentem: *Antiquorum dicta, amice, potiùs interpretanda, quam malè redarguenda sunt.* Nec sibi videatur has arduas dificultates adeptus, nec dicat, improbabilem esse sententiam istam, quam ex multis, Doctissimisque viris collegi, nec tales rationes contemnat; nec temerè alias impro babiliores, & nouas amplectatur: *Nihil temerè, nihil negligere*, dixit Hypoc. lib. 6. Epidemiarum sect. 2. text. 18. fol. mihi 816. nec legere renuat Epistolam, quam Democrito scripserat idem Hypocatres vbi sic fatur: *Ego enim, & si senex sim ad finem Medicinæ non perueni*; ideoque eidem, vita hominum breuis fuit reputata ad hanc scientiam addiscendam, vt constat ex 1. aph. sect 1. *Ars longa: Vita breuis; experimentum fallax, iuditium difficile. &c.* Qua ratione, non ita securus esse Impugnator, existimet aliquibus Neothicorum innitens doctrinis, quia solent multa oferre, pauca que conferre, vt constat experientia.

Gal. lib. 2. cap. 2. de caus. Symp. citatus a Dre. Muri.

Hip. lib. 6. epidem. sect. 2. text. 18.

Hip. 1. Aphor. sect. 1.

142. Nequè ipse Galenus, omnia ita

penetrauit , post quam huic Medicinæ scientiæ,& alijs continuò incubuissèt, (vt planè ex operibus eius mirabilibus colligitur) tamem hoc maximum studium, pluribus incasibus, sibi non suffecisse, fatetur, ipsumque ad Deum recurrisse, cui (& si Gentili) alequale Dei optimi maximi lumen affulsisse ex sequentibus verbis creditur. lib. de renum dignotione, & medicatione.cap.23.fol.mihi.1597.*Verùm si casibus ita deploratis, & hæc frustrà admoueris, non absurdum erit, nos ceù Christianos (sic Deo rem committas) ad maxima nostra, & verè arcana confugere, quibus Credo, & confiteor, non corporis solùm affectus, & à quibus omnes Medici desperarint, per sanari, sed omnes etiam animi pasiones funditùs extirpari.*

Gal.lib.6. de ren.dign. 23.cap.

143. Reddeamus ergo iterum ad Sympathiam, & antypathiam, & videamus si in aliquo ex Neothericis reperiatur, reduci ad aliquid occultum, cum tantum, Nos Galenicos asserat Impugnator recurrere ad figmenta occultarum qualitatum, cæca ignorantia que oppressos, & caliginosa obscuritate fucatos,&c. Vt ipse ait fol.12. §.52.

144. Num quidem ab ipso impugnato-

natore Thomas Vvillis his profequ:tur encomijs & honoribus, quibus nos vexare non deſinit? minimè: cum ipſum Patronũ celebriorem, Necotericæque doctrinæ Coriphæum omnes recepiſſent; hic tamem Author, & Medicinæ Doctor in Oxonięſi Academia, tom. 2. ſuorum operum de anima Brutorũ cap. 8. n. 1. §. *Igitur, quod ad paſsiones*, &c. Cum de Sympathia, & Antypathia ſermonem inſtituiſſet, reddenſque rationem huius effectus, ſic fatur: *Nec tantum res viſu, aut odore perceptas, auffugiunt, aut cum eaſdem abditas, & prorſus latentes minimè ſuſpicantur à ſecreta illarum influentia lypothimias, & ſpirituum deliquia patiuntur, cuiuſmodi effectus proculdubio ab occultis animæ ſenſitiuæ inimicicijs procedunt.* *Hom. Vvillis, tom. 2. cap. 8. n. 1.*

145. Mi frater Impugnator oleum, & operam cum hoc Authore perdidiſti; *Oleum*, quia ex huius Doctoris Doctrina, lucernæ tuæ illuminantis noſtras caligines, & cæcas ignorantias, extincta lux eſt, & in foueam, qua exiſtimabas nos eſſe ſepultos, & tu incidiſti; nam ſi iſte author in tractatu de fermentatione hæc tibi apponit, & alijs, qui ipſius dogmatibus nouiter fulgere contendunt ita in toto ſuo opere idem

idem tibi præstabit; operam simul perdidisti, quia videbaris tuæ doctrinæ nihil esse obijciendum, obijcio tamem hæc ex textu tui celebratissimi coriphæi, (& alia obijciam) *procul dubio ab occultis animæ sensitiuæ inimititijs, ex secreta illarum influentia*; ex quibus omnibus hanc conclusionem infero; ergo Sympathia, & antypathia ab occultis virtutibus, & qualitatibus causantur immediatè: ergo non à manifestis, & cognitis entitatibus, *quæ cum iam hodiè à me iam sint cognitæ, & examinatæ* &c. (vt loquitur impugnator non videns trabem in occulo suo, & videns festucam in alieno.)

146. Progredetur Impugnator, fol. 12. § 49. Sic. *Amplius hæc doctrina alijs experimentis roboratur, vt videre est de aloe, respectu ventriculi, auxilium est, & est morbus respectu hæmorrhoidarum venarum in eodem homine; sic discurrendum de cantaridis* (ita ille) *nocentibus, & vlcerantibus vexicam, & non pulmones, nec iecur; & de lepore marino vlcerante pulmones, & non vexicam ergo eodem modo Doronicus poterit esse vni anthidotum, & alteri venenum.*

Impugnator. fol. 12 §. 49.

147. Prosequitur Impugnator, fol. eodẽ §. 50. Sic: *Nunc peto à te, Amice, sit ne intellectus*

Impugn. §. 50.

tus

tus quietus ignorantia harum qualitatum Occultarum, tam ab Antiquis celebratarum, quam à modernis? Peto à te iterum, sunt capaces cognitu hæ entitates, quæ impropriè dicuntur occultæ cum existant aparte rei, & sint entia naturalia proportionata potentia intellectiua naturali? Si dicas, quod sunt, iam habes lucem, non amplius ambules in tenebris, vel redde rationem. Hæc Impugnator. Impugnator, §. 5

148. Pro responsione his duobus §§. liceat exclamare diuinam modestiam, vt quæ vocem seruant in offensam elargiẽdam prudentibus, nec mihi indigno, eam impertiri dignetur, vt loquar cum Claud. 8. panegyr. (citatus in responsione pro doctrina Doctoris Cabriada.) *Claud. 12. paneg.*

Servat inoffensam diuina modestia vocem.

149. Sed cum anteà ex Divo Thom. loco suprà citato, fas sit illatam contumeliam repellere, talem interrogationem facio, & dico, Amice Impugnator, ad quid venisti? Quis tibi facultatem vexandi, & calumniandi concessit? Vt tibi libeat dicere: *Iam habes lucem, non amplius ambules in tenebris*; vbi adest lux tua, cum eandem occultam rem obscuritate sua relinquas, sine eo, quod reddas rationem, quare talia,

nempè Alóes, Cantharides, & Lepus marinus habeant antypathiam, respectu vnius partis hominis, & sympathiam, respectu alterius? Legatur §: non autem invenietur aliqua ratio tollens occultam, & obscuram qualitatem, quam & nos assignamus, tantùm autem sequitur ex tua doctrina, occultum tibi esse quid sit morbus, cum dicas in verbis suprà allatis sic: *Aloes, respectu ventriculi est auxilium; & morbus, respectu hæmorrhoidarum venarum*; Aloes autem nullo modo est morbus, Frater Impugnator, sed tantùm potest esse causa morbi, quia morbus est *Affectus præter naturā lælens operationes primò, et perse sensibiliter.* Sed Cantharides non sunt affectus præter naturam primò, & perse, &c. ergo non sunt morbus, sed tantùm causa morbi, cum res præter naturales diuidantur *in causam morbi; morbum, & sympthoma*: ergo malè dicis Cantharides esse morbum, melius autem contraponeres sic: *Vni est auxilium, & alteri nocet*; quia nocère, opponitur auxiliari immediatè; aut remedijs auxiliantibus, nō autem opponitur sanitati: ergo nullo modo veritatem detegis in his qualitatibus (quas impropriè vocamus occultas,) vt ais] & cum tantùm exem-

exemplaria à te posita probent tales entitates, taliter operantes, cognosci posse per effectus, & à posteriori, non autem à priori, ex hoc convinceris in verbo indisciplinato, & confunderis, vel redde rationem.

150 Prosequitur autem Impugnator, fol. eodem 12. §. 51. sic: *Tertium experimentum Scorpionis, de quo Avic. lib. 4. fen 6. tract. 5. cap. 3. sic ait: Et accidunt dolores subitò, & punctura, sicut punctura acùs, & sequuntur illud, sudor, & tremor labij, & frigus eius, & expulsio vomitus rei viscosæ, quæ congelatur super ipsum, & horripilatio, & contractio pilorum, & tremor, & frigus extremitatum. Hi sunt aliqui* (prosequitur Impugnator Melero) *ex effectibus morsûs Scorpionis, qui quidem coagulando producunt symphtomata assignata, & alia, & hæc coagulatio est propriè effectus veneni, licèt ipse sanguis coagulatus sit etiam venenum, vt constat ex ipso Authore citato; tract. 3. cap. 20. verum cum meracum sit maximum dissolvens, & proportionatum in figura cum sanguine coagulato. Inde est quod medetur morsus Scorpionis meraco, quia meracum dicit proportionem cum sanguine coagulato, & est potens dissolvere. Et addo* (ait) *deinde, quod non solum medetur morsus Scorpio-* Impugnator, fol. 12. §. 51.

nis meraco, verum etiam quocumque alio disolvente, gaudente proportione, & figuratione cum substantia coagulata. Hæc Melero [& ita] prò quibus erroribus obiurgo scribentem.

151. Videtur respondendum huic doctrinæ allatæ ex Avic. loco citato, fol. mihi 217. verũ esse, talia accidentia relata subsequi morsum ab Scorpione inflictũ, & hæc cognitio est á posteriori; nam [sicut mul toties dictum est] restat asignare, quare in quantitate tam exigua veneni, & in foramine adeò stricto, hæc horrẽda succedant sympthomata, quæ quidem non evenissent, si gladio, vel cultello magnum vulnus infligeretur? Responsio autem de coagulatione à veneno per morsum Scorpionis, est etiam à posteriori; nam tantùm infertur tale venenum gaudère tali vi coagulativa; ratione veró cuius? Non dum explicatum est; cum alia potentiora coagulantia in maiori quantitate, v.g. coagulum, & gypsum in quantitate proportionata (quia in magna, vtique necabit devorantem) id non valeant efficere; asignetur autem contra meam opinionem, à qua ex primis qualitatibus elementalibus, talium symptomatum productio proveniat? Et tam subita

ſubita in omnes corporis partes infectio, ipſius cordis calorem vitalem extinguens; ſi ratione frigiditatis, non; quia ſi alicui aperiatur vulnus cultello, talique vulneri fruſtum niuis, aut alterius rei frigidæ applicetur, proculdubio talia ſympthomata conſpicienda non erunt:ergo non quia frigidum coagulans,neque vt calidum diſſolvens ſit,ſed altiori modo,& virtute occulta tales effectus producuntur.

152. Præterquam quod ex doctrina Galen.lib.3.de ſimplicium medicamentorum facultatibus, cap. 19. fol.mihi 86.per hæc verba colligitur:*Eorum quæ frigiditate interimunt nullum genere lethale eſt ſed ſola quãtitate.* Videatur etiam idem Galenus, lib.5.de ſimplicium medicam.facult.cap.18. *Gal.lib.3.de ſimpl.medic.fac.cap.19.* *Gal.lib.5.de eodem,c.18.*

153. Et quidem ratione coagulationis etiam venit intelligenda putredo apud aliquos ex Neotericis, vt habetur apud Pompeium Saccum in ſuo tractatu *Iridis febrilis*,cap.23.n.4 fol.301. per hæc verba: *Pro coagulatione vero putredinem intelligere oſtenſum fuit ſuperiùs n.31.cap.6.* Adducitque pro ſua doctrina Thomam Vvillis, lib.6. de fermentatione,cap.10. *Pompei.Sac.cap.23.n.4,* *Tho.Vvillis de febr.maligu.cap.12.*

154. Idem Vvillis Dux Neotericæ doctrinæ

trinæ agens de febre maligna, cap. 12. non negat has malignas qualitates; & occultas (quas negare intendit Frater Impugnator) ita idem Vvillis, cap. 12. iam citato de febre maligna, siuè pestilentiali in genere, fol. mihi 100. in principio hæc verba habet: *Veneni nomen meretur, quidquid in corpus nostrum impingens, temperiē, & actiones cuiusvis partis, aut totius occulto modò, & vehementer lædit; spiritus profligat, aut eorum motus peruertit, liquorum mixtiones soluit, coagulationes, & corruptiones inducit, viscerum fermenta, & functiones destruit, adeòque subitò, & latentèr vitæ periculum adducit.* De quo etiam vide Paulum Zachiam, tom. 1. quæst. med. leg. lib. 2. tit. 2. q. 8. per totum fol. 179.

Vvillis, cap. 12. de febr. malig. fol. 100.

Paul. Zach. tom. 1. lib. 2. tit. 2. q. 8. fol. 179.

154. Eandem doctrinā amplectitur alter Neotericus Lucas Tozzi de febribus malignis, & pestilentibus, fol mihi 361. qui vt constituat febrem malignam per dolosam fraudulentamque ægritudinem, sic fatur: *At verò illas nos febres malignas appellamus, quæ dolosè, & fraudulentèr adoriuntur, & quales Græci palimbolas dixère.*

Lucas Tozzi de febr. pestilent. & malign. fol. 361.

155. Agè enim, Frater Impugnator, respice Neothericorum Coryphæos, & novæ doctrinæ viros selectissimos adducentes

modum

modum occultum in venenis, coagulationem, aut putredinem, asserentes esse effectus non productos manifestè; sed occultè, & latenter, vt constat ex ipsorum verbis: *Occulto modo, adeòque subitò, & latenter, vitæ periculum adducit.* Fortasse dicet Impugnator, hos magnos viros, quos totis viribus sequi ostendit; fuisse ignorantia oppressos, caliginosaque obscuritate fucatos, recurrẽtes ad sua figmenta, & ideas qualitatum occultarum? Minimè dicet; quamvis dubito quid velit de ipsis asserere, cum se juniorem in rebus his, manifestet, & hoc modo, hacque consideratione poterit audère; quod assumptum confirmat Galenus, lib. 2. de medicam. facult. cap. 8. *Medici juniores omnia audent.*

Gal. lib. 2. de med. fac.

156. Idem Thoma Vvillis sequenti, c. 13. de peste, fol. mihi 105. ipsam describens ait, *pestis ita describi potest: quod sit morbus epidemius, contagiosus, humano generi summè infestus ex miasmate venenato, ab aere primùm suscepto, dein per contagium propagato, ortum ducens: qui occultè, & latentèr homines aggressus, &c.* In huius Doctoris doctrina inveniet Frater Impugnator, cap. 12. circa finẽ effluvia contagiosa athomorum; & non obs-

Thom. Vvillis, cap. 13. de peste.

obſtantibus his effluvijs, hacque athomorum cōgerie, affirmat ſupradictus Author, tales effectus, & læſsiones produci *occulto modo, & latentèr, & ſubitò*: ergo ab aliqua occulta, latente, & ſubitaneo modo procedēte effectivè qualitate occulta, aut elevatioris, & ſuperioris ordinis: ergo hæ qualitates, nec ab illis, nec à te ſunt iam hodie manifeſtæ, & cognitæ, & claræ, vt ſuprà dicis.

157. Uolens iterum ſuam claritatem explanare Frater Impugnator, ita proſequitur, fol. 12. §. 52. ſic: *Et obiter reſpondetur experimento bufonis, & dicimus, quod bufo exiccatus non eſt alexipharmacum vniverſale omnibus venenis, ſed tantùmmodo veneno, cum quo habet ſimilitudinem in congfiuratione; hoc modo operatur, manifeſtè, vt ex dictis conſtat. Similiter cinis Scorpionis poteſt eſſe auxilium hydrophobiæ, ideò quod cinis Scorpionis ſit ſubſtantia alcalica appetens acidum cauſa hydrophobiæ. Eodem modo ſpiritus cornu Cervi, eum ſint potētiæ poienter diſſolventes, ſunt auxilia, ſeu alexipharmaca venenis coagulantibus, & ſunt peſtifera, & mortalia uenena, ſi applicentur diſolutionibus. Attende Lector* (proſequitur) *et reſpice merè Galenicos hæc ignorantes, et ſolum modo* empi-

empirecè ijs, & similibus extractis vtentes cæca, & caliginosa obscuritate fuccatos, atque oppressos, &c. (Prosequitur verba, quæ à me iam exclamata sunt, indignaque Christiana charitate, & omni ratione prorsùs orbata.)

158. Huic §. 52 respondeo, mini né à me fuisse dictum in tractatu (quem in Vniversitate legi) pulverem bufonis exiccati, esse commune anthidotum, sed tantùm illis venenis, cum quibus habet antypathiam, & occultam vim, illa propugnandi, siue eo, quod sit opus recurrere ad doctrinam de configuratione, & de alijs, quæ non interest sequi, cum opponantur doctrinæ Galeni, Hypocratis, & Avicenæ, quam sequi præcipitur Medicis, leg. 11. Regni in principio, cap. 1. titulo 16. lib. 3. recopilat. quæ lex, cum sit Regis nostri ita præcipientis, publicè debet observari, dum non apponatur alia. *Leg. 11. Reg. cap. 1. tit. 16. lib. 3. recopil.*

Ex doctrina vero trium horum Principum quælibet potest legi, & multoties legitur illud, quod Scholastici exigunt audire, ex diversis materijs.

159. Ad illud, quod Impugnator dicit, nempè, *quod cinis Scorpionis* potest esse auxilium hydrophobiæ, quia est substantia al-

calica, respondeo, quod nihil probat, cum dentur alia multa alcalica, in quibus talis non inveniatur virtus; reddat autem rationem Frater Impugnator, cur venenum rabiei, aut hydrophobiæ, ita imaginativã potentiam lædat, vt omninò ita affecti aquam reformident? Causatur ne hæc species delirij ab aliquo alcalico, vel acido, coagulante, vel dissolvente? Minimè; quia plurima coagulant, & dissolvunt, imaginatione, & alijs potentijs liberis remanentibus: ergo hoc tale à quadam imperceptibili virtute, & à priori occulta, provenit.

160. Ad illud quod Frater Impugnator asserit de spiritu cornu Cervi, nempè, *esse potentissimum dissolvens*; distinguo: quò ad rẽ medicam omitto; quó ad argentum, con- concedo, & addo esse ita potens dissolvens, argentum, vt aquæ fortis vires longè superare audiamus; quia qui semel tale medicamentum emit ex officinis, asserit dragmam vnam spiritus cornu Cervi, dissolvere ab emente vntiam vnam argenti, & ideó assero, hoc medicamentum operari virtute superioris ordinis in prætio, quo emitur.

161. Dantur quám plurima medica-

menta,

menta, in quibus ſecuritas optimæ præparationis experta eſt, quæ quidem medicamenta minori prætio emi poſſunt, & eoſdem, & maiores effectus, & ſecuriores producere; quæ experientia non conſtat de hoc ſpiritu, an ſit benè elaboratus, & manipulatus; ideòque cũ ſecuritate propinare veremur; vt ait Theodorus Muikens in collectaneis chymicis Leidenſibus, fol. 1. in præfatione ſic: *Nec Galenici vbiuis culpandi, ſimplicia naturalia præferrentes artificialibus, nec benè cognitis, nec ritè perſpectis, ſuus maneat vtrique honos.* Et Tull. lib. 3. de offic. *Cavendum eſt nè incognita prò cognitis habeamus, iiſque temerè aſſentiamus.* *Theodor. Muik. in collect. chy. mic. leid. in præfat.*

162. Hoſpite inſalutato, in me talia iactat; cùm de me, nec ipſe, nec alij, audierint, me apud laicos (nec alios) protuliſſe omnia ſcire, nec ipſius, nec alterius honorem denigraſſe; ex qua ratione, non manſuetus, ſed iracundus cenſendus eſt ſub tali pallio; vt dicitur Proverb. cap. 29. verſ. 22. *Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccatum proclivior.* *Proverb. 29. verſ. 22.*

163. Hæc profero, & aſſero cùm ab Impugnatore ſim laceſsitus, calumniatus, &

ignorantiæ apice notatus; quotidiè verò in Scholis sententiæ probabiles reffelluntur, & impugnantur; nempè, doctrinæ Thomisticæ, & Iesuiticæ, & Scoticæ, sine eo quod proferatur hanc, vel illam improbabilem esse; si ita Impugnator fecisset, vtique alio modo mea responsio procederet, conquæror que cum Doct. D. Ioanne de Cabriada in suo libro, cui titulus est: *Epistola Philosophica Medico chymica*. fol, 133. qui in fine sic ait: *Quando se ha visto entre hombres racionales, que las controversias sobre cosas naturales, se traten con tal estilo?* & §. antecedenti de alijs (sicut ego de Impugnatore) conquæritur sic: *Y lo que peor es con palabras poco decentes, enojosas mordazes, y libres.* Similiter legatur eruditissimus Ioannes Dolæus in præfatione ad Lectorem suæ Encyclopediæ Medicæ, inqua circa finem hæc habet: *Si quando alijs adversari induxi, ea modestia, & humanitate vsus sum, quæ viris benemeritis iure debentur: honestè de personis loqui amo; de rebus liberè; nec mihi æquum videtur, aut cuius piam fama erroribus patrocinium præstare, aut patroni culpam veritati imputare.*

D. Ioan. Cabriad. Epist. Philosoph.

164. Prosequitur vltrà Impugnator, fol. 13 §. 53. ita: *De craneo humano pro epilepsia, dicimus*

cimus quod ferè omnia testacea sunt auxilium pro epilepsia, quia in se recipiunt accuitates acidorum, à quibus fiunt motus isti convulsivi; hoc verificatur ad extrà medicamento amaro, & acido, quæ si misceantur, acidum deperdit suam accuitatum, & amarum suam amaritudinem. Ita Melero.

165. Huic §. 53. respondendum videtur hac interrogatione: cur craneum humanum hoc efficiat axilium, & testudinis, aut sepiæ choncha tale efficere non valeat? Et quod testacea recipiant accuitates acidorum, á quibus fiunt motus convulsivi, etiam hoc efficitur à radice pæoniæ, & alijs non testaceis: ergo non quia testaceũ craneum humanum, sed quia tale auxiliatur epilepsiæ causæ.

166. Ad experimẽtum ad extrà de mixtione acidi cum amaro, dico, quod ex tali mixtione datur qualitatum pugna, & diversa dispositio, ratione cuius antecedens perditur forma, in materiaque illa introducitur nova forma, cui talia, quæ remanent acidentia debeantur; sicut quando miscetur cum vino alia substantia liquida, ratione cuius mixtionis abit vinum in acetum, propter dispositiones ab extrinseco vino

vino communicatas, cum quibus tamen forma vini conservari nequibat; & ex tali qualitatum, & dispositionum pugna, deperditur forma vini, & aceti forma introducitur, cui debentut distincta accidentia; similiter per mixtionem acidi cum amaro eorum forma deperditur, introduciturque alia, cui sint naturalia acidentia, quæ secùm remanent.

167. Progreditur dominus Impugnator eodem fol. 13. §. 54. sic: *Ad quartum experimentum de opio, iam dictum est in prima conclusione, fol. 3. de glacie, & niue dicimus, quod cùm simus assueti vti frigiditate intensa, non patimur propter assuetudinem, vt constat ex Hist. Mitridatis; præterquàm quod acidum nitrossum, quod reperitur in glacie, & niue, dissolvitur in liquatione glaciei, vel niuis. Respondetur* (inquit) *deinde quod in multis dispositis ad coagulationem vsu niuis, vel glacei coagulatur, & suffocantur. Cæterum ab entitate manifesta.* Hucusque Impugnator.

168. Respondeo domino Impugnatori ad experimentum de opio; non esse frigidum, vt ipse iudicat ex sentẽtia Avicenæ, in quo totum suum fundamentum existimabat irrefragabile, quia experimentis suprà allatis,

allatis, manet convictus in ſententiam cõtrariam, cùm ſit calidum, & ſiccum manifeſtè, & tamen non facit coagulationem cum intenſa frigiditate, vt cenſet Impugnator, (quo efficiat? ſi opus fuerit demonſtrabo.)

169. Ad reſponſionem de aſſuefactione, & conſuetudine in aſſumendis glacie, & nive, dico friuolam eſſe ſimiliter Impugnatoris ſolutionem: nam & ſi glaciei vntia vna aſſumeretur ab aliquo homine, qui nunquam anteâ glacie, aut niue eſſet aſſuefactus, minimè huic afferet mortem vna vntia niuis, quam ſcrupulus, vel duo opij, afferent: ergò nõ quia opium eſt frigidum, ſed quia tale.

170. Amplius confirmo hanc opinionẽ; & prius probabo contra Avicenam, & Impugnatorem; opium talia non efficere, quia ſit frigidum; ſed calidum, operanſque occulta qualitate ſi veró, vt dicit Impugnator, ex Hypocrate, lib. 1. de diæta: *Oculis tamen magis credere oportet quàm opinionibus*; dico, quod & ſi ex doctrina Avicenæ dicatur loco ſuprà citato, opium eſſe frigidum, & ſiccum; ſi veró ſenſibus contrarium patefiat, magis iſtis rationibus, quàm opinioni- *Hyp. lib. 1. de diæta.*

nioni-

nionibus credendum eſt; & in primis ſuppono, oppium eſſe papaveris albi viridis ſuccum, per abciſsionem expræſſum.

171. Quo ſuppoſito dico, quod omnia, quæ in ſe continēt partes ſulphureas, & arſenicales, & amaras, & alia, quæ ſunt huiuſmodi qualitatibus calidis gaudent & ſiccis; quod autē opium, hæc omnia contineat, videatur Sennertus, tom. 4. fol. 48. quod autem frigiditate non operetur, ſed quadam vi lætifera, & admodum narcotica nobis occulta, conſtat ex eodem Daniele Sennerto, tom. 4. citato, lib. 6. cap. 1 *de Opio*, fol. mihi 1050. vbi adducit octo authoritates, quæ probant occulta vi interficere; repetoque quod ipſe Sennertus dicto loco ait: *Quo modo opium in tantilla quantitate non aſſumptum, ſed vni, ſaltim parti admotum ſola frigiditate talia præſtare potuerit? Siquis mihi monſtrauerit, eius ſententiæ lubens, & vltrò accedam.*

Sennert. t, 4. fol. 48.

Idem lib. 6. cap. 1.

172. Quod autem ſit calidum ex eo patet, quia devorato opio, aut per ſedem inferiorem impoſito, non frigus, ſed calor potius percipitur; & etiam multa narcotica ſunt calida, vt ſpiritus vini, lupulus, & crocus (qui cum alijs) cōpoſitionē laudani

opiati

opiati ingreditur; semen canabbis, anetum, tabacum, & alia à Sennerto dicto loco adducta, qui Author hoc infælici tempore scribere, aut in ocasione, qua ego scribo, ipsum scripsisse, ex his colligitur: *Ne tamen quis cavillandi ocasionem sumat, sciendum, me, & alios doctos viros, qui mecum sentiunt non statuere quòd vis hymnothica, aut narcotica à caliditate pendeat; aliàs enim omnia calida in eodem gradu essent hymnothica, & narcotica, quod falsum est, sed quod narcotica, & hymnothica vis illa occulta sit cum calidis partibus tamen, quas chymici sulphureas nominant, potiùs quam cum frigidis coniuncta.* Daniel Sennertus dict. loc.

174. Opium includere partes calidissimas, & sulphureas, satis constat ex illius partium dissolutione pro laudano opiato conficiendo, in quibus partibus inveniuntur aliæ sulphureæ, & arsenicales aliæ; totumque ipsum inflamabile esse evidenter constat ex eo, quod si igni applicetur in instanti accenditur, & inflammatur, ac si esset sulphur; dicat frater Impugnator quomodo ita facilè accẽderetur, si haberet tantam frigiditatem complexionalem, & manifestam: ergo sicut alijs experimentis opponitur Impugnator Galeno, & alijs,

ita hoc experimento opponor, quo ad hoc Avicenæ, & Impugnatori.

177. Progreditur Impugnator intẽdens suas solutiones meis dubitationibus adaptare, & fol. 13. § 55. ita ait: *De Remora dicimus quod Aristoteles quæst. mechanicarũ, q. 5. tribuit fundamentum, vt cognoscatur à simili Philosophando effectus Remoræ navigiũ detinentis: clavus, inquit, licet parvus, si figetur pupi navis, & obtorquatur à homine per impulsum, & motum appositum extremitatis, totum vas detinetur, vel in contrariũ movetur; similimodo philosophatur Hyeronimus à Guerta, fol. mihi 594. Remora infixa pupi navis, & contrarijs motibus agitata, licet debiles inferat impulsus appositos, quia continuantur circa materiam suspensam in liquido potest per impulsum naturale causari aquietatio nauis per motum manifestum, & non per occultam qualitatem.*

177. Et prosequitur intendens alio modo dificultatem solvere Impugnator §. 56. sic: *Alij dicunt esse fictionem Remoram detinere navigium; alij dicunt quod cum nauigium detinetur, prouenit à motu aquæ opposito motui ventorum, & in hac contrarietate motuum, vel detinetur nauis, vel in oppositum movetur, sequendo maiorem virtutem; & dicunt, quod*

hic motus aquarum fuit incognitus antiquitati; ſicut ſuæ qualitates occultæ; verum ab expertis modernis patefacta ſunt hæc omnia. Ita Impugnator.

175. Relictis parùm conducentibus rationibus, quas afferre nititur Impugnator, reſpondeo quod ſicut libuit illis (quorum nomina celat) promere ſuam ſententiam, ita mihi cum maiori probabilitate libuit ſequi opinionem aſſerentem, hanc navigij ſuſpenſionem provenire à quadam Remoræ virtute, & occulta qualitate; nam.

Velle ſuum cuique eſt; nec voto vivitur vno.

176. Sed ne cum alijs dicat Impugnator, eſſe fictionem, Remoram navigia detinere; quod quidem, & ego quaſi fabuloſum iudicarem niſi Divus Baſilius Magnus talia protuliſſet verba in hexameron, Homil. 7. *Si audieris, quod maximas naves paſsis velis, ſecundo vento vteres, minutiſſimus piſciculus Remora, ita facilè ſiſtit, vt immotas diutiſſimè ſervet, velvt in ipſo mari radices egiſſent; non ne in parvo hoc eandem potentiæ conditoris ſignificationem accipis?* Ergo ex ſententia S. Baſilij Magni ſupra citati ab Epiſcopo Vulturarienſi fol. mihi 195. colloq.

S. Baſilius Magn. hom. 7.

Epiſc. Vulturarienſis, colloq. 9.

loq.9.neque est fictio quod de Remora fertur, neque qualitatibus primis, neque talium motuum æqualitate, ab Impugnatore posita; sed ratione alicuius ab ipso Conditore Remoræ communicati, vt altiori modo, & tam portentoso suspensionem navium, & si magnarum, cum pisciculus tam exiguus (cui suà activitate manifesta impossibile esset talem detentionem, & suspensionem efficere) hoc assumptum intuli ex verbis suprá relatis ex S. Basilio Magno: ergo non est admodùm improbabilis hæc opinio.

177. De Remora qualitate occulta, & non primà aliquà nauigia detinente eandem reffert opinionem Elianus, lib. 6. cap. 24. per hæc verba: *Remora* [inquit] *hic piscis dictus, quod naves remoretur, quibus adhæsit*; & alij multi huic insistunt opinioni, citati ab Episcopo Vulturariensi, colloq. 9. fol. mihi 194. & 195.

Elianus, lib. 6. cap. 24. citatus ab Vulturar.

178. Vlterius Impugnator, fol. 13. §. 59. sic: *De torpedine dicimus, quod non est inconveveniens, quod subtile corporeum communicetur per setam, & arundinem, & coagulando impediat perfectam sensationem impediendo transitum spirituum animalium; & obiter negamus*

qua-

qualitates irradiantes; & Galen.lib.1.de Symptom.causis, cap.5. problematicè, se habet circa tales qualitates; & dum non vrgemus plus rationibus stamus in hac sententia. Hæc Impugnator, & ita.

179. Respondeo, quod subtile corporeũ, non incongruit posse communicari per instrumentum aptum; sicut communicantur spiritus vitales per arterias, & animales per nervos: quæ verò aptitudo reperitur in seta, vt subtile coagulans communicetur, & talis activitas illi, in quo suum effectum producit? Apponat Frater Impugnator, libram vnam, aut quantitatem, quam capiat amphora, nivis, vel glaciei; certè quidem neutiquàm talis inducetur coagulatio Piscatori: vel si ponatur hamo libra vna alicuius coagulantis, nullomodo torpor, Piscatori hamum, & arundinem tenenti cõmunicabitur: ergo provenit hoc ab alio principio effectivo proximè in torpedine, & à qualitate occulta torpedini concessa, de qua occulta operatione torpedinis vide S. Albertum Magn. lib. 24. de animalibus, in stupefactore, & torpedine, & lib. 8. tract. 3. cap. 1. citatus á Vulturariensi eodem fol. mihi 195.

S. Albert Mag. lib. 24. de animalib, & lib. 8. tr. 3. cap. 1.

180. Ad

180. Ad illam verò arrogantiam; ſcilicèt: *Et obiter negamus qualitates irradiantes, & Galenus, lib. 1. de Symptom. cauſis, cap. 5. problematicè ſe habet.*

Reſpondeo obiter etiam (ſicut ad alia) Galenum nequaquã problematicè ſe habuiſſe circa qualitates irradiantes; lib. 1 & cap. 5. immò potiùs ex eodem loco cõvincitur manifeſtè Impugnator, Galenum contrariam ſententiam protuliſſe, vt conſtat ex verbis Principis, loco ſuprà citato, fol. mihi 205. liter. D. hæc ſunt verba: *Quod autem, & ſi nullus ſit meatus, ſed tánquam per aquam, vel aerem Solis radij tranſeunt, ſic principij vis per ipſum corpus nervorum permeat, &c.*

Gal. lib. 1. cap. 5. de ſympt. cauſ.

181. Frater Impugnator, vbi eſt problematica Galeni ſententia in his verbis? Non ne ſunt ex Caleno, lib. 1. de Symptomatum cauſis, cap. 5. ergo falſum adducis, cũ dicas, Galenum circa qualitates irradiantes (& quas tu negas) problematicè ſe habere cum ex eodem loco contrarium aſſerere, conſpiciatur.

182. Inſiſtit vltra Impugnator, & §. 58. fol. 14. ſic loquitur: *Expertum eſt Baſiliſcum per viſum lædere, & per morſum; verum cum lædat*

lædat communicando homini substantiam maximè activam, licèt in parva quantitate, vt vult Andreas Laguna, fol. mihi 573. quid mirū quod coagulando celeriter brevi enecet? namquè si in materia disposita scintilla ignis per breve tempus producit maximum ignem; pari ratione sine operatione occulta tenemur operari Basiliscum. Præter quam quod Andreas Laguna asserit in Africa elaborari venena pulverisata talis activitatis, vt sparsa per scripta legentes interimant, fol. 573.

183. Multoties rogavi Impugnatorem, vt mihi manifestet vi cuius in tam parva quātitate, vel visu immissa, vel morsu inflicta (vt vult cum aliquibus Andreas Laguna, lib. 6. super Dioscoridem, tractatu de Basilisco) tam admirabilis subsequatur læsio? Ergo ab alio principio elevatioris, & superioris virtutis, & non à manifestis provenit; de quo videatur Reies Frāco in campo Eliseo iucundarum, quæst. 65. â fol. 512. vsque ad 522. *Reies Frāco, camp. Elis. quæst. 65. fol. 512.*

184. Ad illud quod dicit Impugnator, nempè: *Hoc acidere in venenis in materia disposita sicut si scintilla ignis materiæ dispositæ applicetur:* Respondeo, & interrogo, materia semper est disposita, vt venena suam ope-

ratio-

rationem producant? Certè non: ergo non operantur hoc modo, quia materia disposita est, sed per altiorem virtutem; nec paritas de scintilla ignis applicata materiæ dispositæ, aliquid probat, quia si applicetur materiæ homogeneæ, v.g. pulveri, pyrio, vel tormentario, in quo sunt omnes partes homogeneæ, & inquibus nõ datur aliqua resistentia propter materiæ dispositionem, & homogeneitatem; vtique sequetur effectus.

185. In homine autem cõtrarijssima est ratio, quia pars, cui venenum applicatur, non est pars homogenea, neque est materia disposita, cum in qualibet parte detur maxima hetherogeneitas, & congressus diversarum substantiarum, quia dantur nervi, arteriæ, cartilagines, musculi, humores, spiritus, & tandem facultates vitales naturaliter resistentes nocenti cuilibet: ergo quando venenum in homine suam ponit operationem, cum talibus circunstantijs, non est quia materia est disposita, sed potius in disposita est (vt iam dixi, & probavi) ergo quia talis operatio ponitur à virtute superioris; & altioris ordinis, qualitatibus elementalibus.

186. Ab

186. Ab hac enim ſententià, & opinione non videtur multùm abeſſe Eruditiſsimus Franciſcus de le Boe Sylvius (qui etſi in Appendice ad praxim Medic. tract. 2. fol. 500. num. 542. non Cultores ſpagiricæ artis repræhendat) tamen non multùm diſtat ab opinione qualitatum occultarũ, licèt alijs terminis ab ipſo explicetur ; vt videri eſt in eodem tract. 2. n. 544. fol. 499. per hæc verba : *Idem venenum , quatenus ſua qualitate noxia , quævis in corpore occurrentia vitiat , & in peius mutat ; & quidem qualitate ſua ſalſa, & volatili, &c.* Sed cùm huius qualitatis ſalſæ, & volatilis tám activa vi, effectus ita maximus, & elevatior producatur, inde credendum videtur, á qualitate ſuperioris ordinis ad elementales procedere; quia alia, qualitatibus ſalſis, & volatilibus gaudentia, æquales effectus his non producunt: ergo à ſubiecto operante medio ſale volatili, cui debeatur effectus maior, & ſuperior, quam alijs ſalſis volatilibus, quia de ratione volatilis ſalſi non eſt vitiare omnia in corpore, & in peius mutare: ergo occulto modo à tali veneni qualitate talis producitur effectus, adhuc in hac ſententia.

187. Ad illud, quod Impugnator asserit: *Præter quam quod Andreas Laguna asserit in Africa elaborari venena pulverisata talis activitatis, vt sper sa per scripta legentes interimant.*

Respondeo dupliciter; primó si hoc dari, certum sit, occulto modo operari; secundó interrogo: quid commiserit pauper Doctor Andreas Laguna, Comes Palatinus, & Iulij III. Pont. Max. Archiater, vt falsò ab Impugnatore dicatur de illo, asservisse, dari venena elaborata in Africa, vt pulverisata, & sparsa (non *spersa*) per scripta legentes interimant? Loquatur pro eo

Virg. 3. Æneid. Virg. 3. Æneid.

Quid miserum, Enea, laceras? Iam parce sepulto: Parce pias scelerare manus.

188. Meliùs, & salubrius existimo *pro de-*

Ita Impugnator, fol. 14. §. 61. *functis exorare, vt à peccatis solvantur*, quam illis falsa adijcere testimonia; nam eodem fol. 573. bis ab Impugnatore citato in fine,

Laguna fol. 573. §. de Basilisco. cap. & §. vbi de Basilisco, Laguna sermonē instituerat, in margine ita habetur vulgari nostro idiomate: *Tinta venenosa*; & posteà prosequitur sic: *Tambien hazen los Turcos de rejalgar, y otros venenos graues vna suerte de tinta tan maligna, y tan perniciosa, que escrita vna carta con ella, y leyda sin anteojos, inficiona, y derri-*

derriba luego al Lector. Ita in principio fol. mihi 574. Colligitur né ex istis verbis *ly venena pulverisata sparsa per scripta?* Neque in *Africa*, dixit; nam Turcarum Emporium, & dominium est in fine Europæ, & principio Asiæ, in Provincijs Ungariæ, Uulgariæ, Moldaviæ, Tartariæ, &c. & non in *Africa*, quæ est altera mundi pars distincta, in qua innumerabiles Arabes, pauci vero Turcæ inveniuntur. Vndè legẽdus est Horat. lib 1. satyr. 3. vers. 25.

Horat. lib. 1. satyr. 3. ver. 25.

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?
Quam, aut Aquila, aut Serpens Epidaurius?
At tibi contra
Evenit: inquirant vitia, vt tua rursus, & illi.

189. Operi impugnando hanc solutionem sequentem fert Impugnator, fol. 14. §. 59. *Ad apetitum Casei, vel piscium sinè morbo dicimus, quod omnia comestibilia sunt appetibilia; cæterum quando talia, vel talia appetuntur ab hominibus per electionem appetuntur, quæ quidem electio, supponit cognitionẽ; vndè si caseum, vel pisces proponantur voluntati, vt convenientes eliguntur: potest etiam provenire ex consuetudine talium alimentorum, & ratione convenientiæ gustus, & ratione aceptationis stomachi*

machi, vt suauiora appetuntur, vt evenit Hæbraicis, tempore sui ducis Moysis in deserto, vbi pro omni voluptate, & alimonia fuit eis concessum Mannà, & ipsi desiderabant allia, cepas, porros Ægipti. num. 11 Vndè dictum fuit illud tritum, & vulgare proverbium QVISQVIS AMAT RANAM, RANAM PVTAT ESSE DIANAM. Hæc Impugnator (& prosequitur) *Et hæc sufficiant, & sufficient, vt Dominus Doctor mutet consilium, quia sapiens; quod quidem redundabit in maximam vtilitatem audientium, vt spero cum Sacra pagina, Luc. 22. & Tu aliquando conversus confirma Fratres tuos.* Hucusque Impugnator, §. 59.

190. Pro responsione ad hanc solutionẽ domini Impugnatoris, videtur dicendum, neminẽ ignorasse, comestibilia appetibilia esse, sicut alia, quæ comestibilia nō sunt, & etiam appetuntur, vt aurum, & argentum, & vestes, &c. quia cum ad rationem appetibilis requiratur bonitas, vel realis, vel apræhensa (finis, & voluntatis obiectum) cuius potentia appetitiva est, inde infertur, quod vt bonum, voluntati proponatur ab intellectu; & hoc pertinet ad appetitum elicitum, quando verò hæc propositio non potest fieri ab intellectu, cum multa,

multa, ita ſint diſcōvenientia, vt ſub nulla boni ratione voluntati ab intellectu proponantur, inde eſt quod ſub ratione boni, & per electionem non appetuntur, quia electio ſupponit cognitionem boni, & mali, iuxta illud ex Sacra pagina, Iſaiæ, cap. 7. verſ. 16. *Butirum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.*

191. Cum verò aliqua, quæ comeduntur appetitu innato deſiderentur, & quaſi cæco appetitu devoranda ſumantur, vt cinis, terra argiloſa, carbones, & ſimilia, quæ ab intellectu, voluntati ſub ratione boni proponi nequeunt, quia cognoſcuntur omninò aliena ab alimenti ratione; inde eſt quod multoties innata quadam, & in explicabili appetentia talia alimenta deſiderentur: ergo non quia proponuntur ab intellectu, vt convenientia.

192. Ad ſecundam rationem, quam pro ſecunda ſolutione adducit, quod poteſt provenire à conſuetudine, & ratione convenientiæ guſtus, & aceptationis ſtomachi, vt ſuauiora appetũtur: Non valet hæc ratio, quia, & ſi ratio boni diuidatur in vtile, honeſtum, & delectabile, cum nihil ex his reluceat in talibus alimentis, licèt, vſi-

tatis,

tatis,inde eſt, quod non in duant rationem alimenti convenientis, neque ſtomachus acceptabit illa, quæ toto genere ſunt inepta fini, ad quem alimentum fuit â natura deſtinatum, nempè ad repoſsitionem, & nutritionem partium deperditarum; quæ nullo modo ex improportionato vndique alimento poteſt celebrari initiatiuè, vt ſit materia capax perdendi, & recipiendi formas, quæ ordine naturæ præ requiruntur, vt forma viuens introducatur.

SEVILLA - UNIV... LITARIA

193. Ad commune illud prolloquium, valdèque vulgare: *Quiſquis amat ranam, &c.* Reſpondeo, quod pertinet ad appetibile methaphoricè ſub ratione boni, quod methaphoricè, & repræſentatiuè poteſt eſſe inter Dianam, &Ranam. Si veró talis boni, vel apræhenſi, vel realis propoſitio non detur, vtique tale, voluntatis actum appetendi non terminabit; ſicut in ijs, quæ ab inſito, & innato appetitu deſiderantur (vt in meo tractatu dixi.]

194. Antequam, quæ, ab Impugnatore, §. 60. adducuntur, ſcriptis mandare proſequar; animadverto ex multis, quæ in ſuo tractatu Impugnatorio affert, ipſum rejuveneſcere, & canitiē, quæ illi decori, & ornamen-

namento olim fuerat perdidisse; quare nõ senẽ segerit; vt sua ætas requirebat, sed juvenem nigris capillis simulare, potiùs cõvincit, quam senem prudentiæ canitie de albatum existere; ita Martialis de quodam Lentino, lib. 3. Epist. 3. Martial. lib. 3. Epist. 3.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine capillis:
Tam subitò corvus, qui modò cygnus eras?

195. Minimè voco puerilitates, quoad substantiam impugnationis, *quia velle suum cuique est*; & omnia habent suos Patronos, & præcipuè quod est probabile, non veró evidens, neque de fide; attamen damno nugacitates, & injuriosa verba, quæ in me iactantur: *Non rem, sed artem damnabant Antiqui.* (ait Plato, apud P. M. Valdecebro.) Plato. P. M. Fr. And. de Valdecebro, in approbation. Monst. Grac

196. Sed ne ordo pervertatur, prosequar, quæ ab Impugnatore ponũtur; §. 60. quæ ita se habent: *Eodem tempore perlecta fuit alia Cathedra Anathomiæ à Doctore D. Andrea de Sancta Cruz cuius doctrina tanta fulget claritate, vt doctrinæ huic impugnatæ toto marte contrarietur: nam quid clarius excogitari potest quam hominẽ habere caput, & caput componi ex partibus continentibus, & contentis? Et licèt aliquas dubitationes excitare posset circa hæc membra, & vsum illarum; tamen nè obscu-*

retur

retur evidens cum opinione; rectè omisit dubia; laudo electionem, laudo voluntatem.

197. Huic §. respondeo hac interrogatione: à quo censurandi, & calumniandi, concessa est tibi potestas, vt in veharis in quemlibet, sua redarguens opera? Potes similiter complutum, aut Salmanticam petere, vt illos Doctissimos Dominos Cathedraticos, & alios in diversis Academijs corrigas, illorumque doctrinas similiter impugnes, quia tanta licent tibi hic, quàm illic; & semper, & vbiq; *vnusquisque debet curare de proximo suo.* Vt mihi dixisti facie ad faciem, vt redderes rationem huius censuræ à te positæ. De hoc §. non amplius (quia scio illi iam fuisse responsum.)

198. Prosequitur Impugnator, §. 61. fol. 14. sic: *Simultate temporis scripserunt Scholastici, dictante Doctore D. Philippo de Estrada, Vespertinæ Cathedræ Moderatore, à quo absit à me eius impugnatio, nam pro defunctis exorare meliùs est, vt à peccatis solvantur, quam eorum doctrinã impugnare.* Hæc Impugnator, & ita. Ad hoc respondebit ille, ad quem pertinet responsionem dare; absit etiam à me.

199. Prosequitur vltrà Impugnator, §. 62. hoc modo: *Pro complemento, & fine huius operis*

operis obſecro humiliter hos Dominos Cathedraticos, vt reſpondeant his dubitationibus, modo quo reſponſum eſt à me experimentis in hoc opere, abſolventes ſe à qualitatibus occultis, aliàs qualitas occulta erit effugium, & ſcutum ignorantiæ.

§. 62. 1. *Antimonium diaphoreticum ſpolliatum à ſubſtantia hæmethica per calcinationem, tranſactis aliquibus diebus iterum adquirit virtutem hæmethicam, vt experientia conſtat, quomodo hoc fit?*

§. 63. 2. *Vnicorni auferentis venena aquis communicata, quæ communicaverunt eiſdem aquis per ingreſſum cornu Cervi in ipſa quomodo hoc cauſetur?*

§. 64. 3. *Muſcæ extinctæ, atque ſufocatæ in aqua; ſi extrahantur ab ea, & pars illarum pulverizetur cinere reviuiſcũt, & alia quæ cinere priuatur remanet ſine vita; quomodo hoc efficiatur?*

§. 65. 4. *Si lignum nephliticum infundatur in aquam, tribuit tincturam aquæ, tribus, vel quãtuor diebus interiectis, & poſtea non mutat colorem aquæ & ſi ferveat; cæterùm tranſactis aliquibus diebus, iterum tribuit tincturam aquæ: dubitatur, quomodo hoc cauſetur ſine occulta qualitate?*

§. 66. 5. *Pullularij, vel Scarabæi, ſi applicen-*

tur Rosis pereunt: si autem postquam mortui sunt aliqui involuantur in stercore vitam recuperant, & alij remanent extincti; quomodo hic regressus à privatione datur inquiritur?

§ 67. 6. Aqua antimonialis componitur ex medicinis intensè frigidis, & siccis, & applicatur hipochondricis affectibus qui habet procausa melancholiam frigidam, & siccam; quomodo auxilietur? Est dubium.

Sub correctione S. Romanæ Ecclesiæ.

Michael Melero.

200. Hæc sunt, quæ á Fratre Impugnãtore subscrita fuere, mihi tamen missa, & circa has sex non conducentes dubitationes, dico 1. cum Divo Paulo ad Thesalonic. cap. 4. vers. 6. fol. mihi 68. *Ne quis supergrediatur, neque circunveniat in negotio Fratrem suum.*

S. Paul. ad Thesalonic. c. 4. vers. 6.

201. Dico 2. quod cùm pró nũc sequar, & deffendam opinionem de occultis qualitatibus (loquor etiam pro alijs) non licet, me ab ea ab solvere; si veró ipsam, libuerit mihi respuere, ab ea tunc me absolvero, & si placuerit, respondebo, quod autem nunc omit-

omitto, cum nihil conducat reſponſio ad aliquam vtilitatem publicam, nec ad ægritudinum curationes: ſi vero hæ dubitationes, & reſponſiones eis adhibendæ ignorarentur (fortaſsè) quid intereſſet? Nam.

Multa tegit ſacro involucro Natura, neq, vllis
Fas eſt ſcire quidem mortalibus omnia, multa
Admirari modò, nec non venerari, neque illa
Inquires, quæ ſunt arcanis proxima: namque
In manibus, quæ ſunt, hæc nos vix ſcire putãdum;
Eſt procul à nobis adeò præſentia veri.

Hos verſiculos appoſui in primo tractatu, quem in mea Vniverſitate legi, & Scholaſticis dictaui.

Et licèt prædictis ſex dubitationibus ab Impugnatore allatis, in doctrina Ariſtotelicæ Philoſophiæ poſſet reſponderi, tamen non licet; cum non detur quidquam cogens Impugnatorem, vt nós examinet, nec nos, vt reſpondeamus.

Et vt ſciat, qua ratione reſpondere deſino, audiat iterum Doctorem D. Ioannem de Cabriada in fine ſui libri, & Epiſtolæ Philoſophicæ, hæc verba dicentem: *Si las conferencias literales ſe pueden componer con la modeſtia; para que ſerà hazer aborrecibles los diſcurſos, ni extraviar à odios las voluntades;*

mayormente no siendo para adelantar lo que se disputa?

Pro quo assumpto roborando adducit in margine citatum Angelicũ meum Doctorem, cuius verba ponere è re mea est, sunt autem Ang. Doct. verba hæc: *Non tamen intendens, neque veritatem impugnare; sed inquirere, neque circa hanc inquisitionem aliqua inordinatione, vel animi, vel vocis vti. 2.2.q 38. ad 4. fol. mihi* 145.

206. Hæc dicta sufficiant pró mea tenuitate, & pró imbecillitate rationũ, quæ mihi obijciuntur, vt tenebras efugiam, & lucem amplectar, quã si prosequi vellem, vtique quisque cordatus mihi insultaret dicens: sicut tenebræ eius (qualitates occultæ) ita, & lumen eius [qualitates manifestæ) quod si inter respondendum modestiæ metas excesserim loquatur pro me Divus Paulus: *Factus sum insipiens, vos me coegistis.* Ad Corinth. 2. cap. 12. versi. 11.

207. Nec tamen desinam detrahentes invitare; vt audiant S. Gregor. Magnum citatum à Contenson, lib. 10. dissert. 3. cap. 2. fol. 129. *Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant; atque in oculos suos terram*

S. Gregor. Magn.

exci-

excitant vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi sunt tamen isti tranquillè admonendi, eisque satisfieri modis omnibus decet.

208. Coactus sum hæc locutus, maximè pro defensione meæ fimæ, & vt inquit Ivo Carnotensis, Epist. 240. *Cum omnis castæ religionis professor visceribus charitatis abundare debeat, vt tam saluti proximorum, quàm suæ prouidere studeat necesse est, vt hæc duo principaliter appetat, puram conscientiam, & bonam famam; conscientiam propter se, famã propter proximũ qui enim negligit famam suam crudelis est:* & Hilarius (ad rem) *Vlteriùs tacère diffidentiæ signũ esset, non modestiæ.* *Ivo Carnotensis, Epist. 240.*

209. Cùm ergo à hoc sapiente, & probibilium opinionum censore obiurger; non tamen ex eo quid claritatis videar adipisci (quam certè non adducit) finem operi imponere non dubitaui, his verbis ex S. Paul. Epist. 1. ad Chorinth. cap 1 vers. 20. fol. mihi 63. *Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius sæculi? Non nè stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* *S. Paul. Epist. 1. ad Chorinth. c. 1. vers. 20.*

Hæc omnia, & me correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ, nec

298r

nec non omnium Sapientum correctioni, & consilio humillimè submitto. Ex meo Musæo die 16. mensis Septembris Anni Dñi. 1698.

Doct. D. Christophorus Ruiz de Pedrossa & Luque.



UNIVERSIDAD DE SEVILLA
600147000
i 21 663750